














XXI

VETERUM ET CLARORUM
MEDICORUM GRAECORUM
VARIA OPUSCULA.

PRIMO NUNC

IMPENSIS

ANASTASII, NICOLAÏ, ZOËS ET MICHAËLIS,

FRATRUM

ZOSIMADARUM,

NOBILISSIMORUM IOANNINORUM,

DE LITTERIS GRAECIS INTRA ET EXTRA PATRIAM SUAM OPTIME MERITORUM

EX

ORIBASII CODICE MOSQUENSI

GRAECE EDIDIT,

INTERPRETATIONEM LATINAM

IO. BAPTISTAE RASARII,

item

ſuas animadverſiones

et

Indicem vocabulorum adjecit

CHRISTIANUS FRIDERICUS de MATTHAEI,

Consil. Aul. et Prof. Moſquensis, Societatum Imperialium Moſquensium, Naturaliſtarum, ſeu, Scrutatorum rerum naturae, item Physico-Medicae, pluriumque aliarum Academiarum ac Societatum Virorum Eruditorum Collega.

Cum Tabula Aenea.

MOSQUAE. 1808.

Litteris Caeſareae Universitatis.



AUGUSTISSIMO ET POTENTISSIMO

PRINCIPI ET DOMINO

ALEXANDRO I

IMPERATORI

ET

AUTOCRATORI

ROSSORUM OMNIUM

&c. &c. &c.

OMNIS SAPIENTIAE

atque

ERUDITIONIS

FAUTORI ET TUTORI

OPTIMO MAXIMO

HOS

CLARISSIMORUM MEDICORUM

libellos

olim ex mandato

JULIANI ROMANORUM IMPERATORIS

ab ORIBASIO archiatro ejus in ordinem redactos

NUNC PRIMUM GRAECE EDITOS

EX

CODICE MOSQUENSI,

olim

AB ALEXIO MICHAËLIDE

ROSSORUM IMPERATORE

EX

Montis Athus monasterio Iberorum cum multis aliis emto

SUMMA VENERATIONE CONSECRAT

Mosquae
d. XII Decembris
1807.

CHRIST. FRID. DE MATTHAEI.

PRAEFATIO.

Anno superiori hic Mosquae Rufi Ephesii, clarissimi medici Graeci, opuscula et fragmenta multo auctius, quam in editione Parisina et Londinensi, ex Codice Augustano et Mosquensi edidi. Dum ea de caussa tracto Codicem Mosquensem, qui quindecim priores libros ἰατρικῶν συναγωγῶν, *seu, eclogarum medicarum, Oribasii continet; dolui vicem et adversam fortunam tot nobilissimorum medicorum Graecorum, quorum opuscula et fragmenta, nondum Graece edita, in isto libro repeפiuntur. Codex iste 1) Oribasii cum duobus ejus aliis, atque aliorum auctorum permultis, ex mandato et impensis ALEXII MICHAËLIDIS, Rossorum Imperatoris, Summi Viri, ex diversis montis Athus monasteriis coëmti sunt. Ab illo tempore: (diem autem Ille Imperator anno 1676. obiit supremum:) codices isti omnes, (excepto uno quatuor Evangeliorum, qui a Builfingero, annuente Theophane Procopowitsch, viro longe praestantissimo, utcunque examinatus est;) obscura et ignobili quiete et tranquillitate fruiti fuerant; donec anno 1779 equidem primo Mosquam pervenissem. Nullus certe ante, 2) sed nec post me Codex ex his Mosquensibus accuratius tractatus, nedum editus est. Cum ergo nec in posterum ulla spes affulgeat istorum Codicum in lucem protrahendorum: saltem ultimo hoc officio, senex, aegrotus, morti proximus, fungi volui, ut celeberrimos istos medicos, quantum in meis viribus esset, vinculis et canceribus* ἀσελήνοις, ἀνηλίοις καὶ σκοτώδεσιν *eximerem atque liberarem.*

Veruntamen nec hoc decretum meum successum et eventum habiturum fuisset, nisi fratres ZOSIMADAE, ANASTASIUS, NICOLAÜS, ZOË et MICHAËL, Ioannini Nobilissimi, qui dudum tot libros Graecos, maximis suis sumtibus, ad excolendas litteras Graecas, Petropoli, Mosquae, Lipsiae, Vindobonae, Venetiis et Parisiis edendos ac gratuito distribuendos curauerunt et adhuc curant, huic quoque libro impensas, satis magnas, liberalissime suppeditassent.

---

1) De hoc Codice Oribasii dixi in praefat. ad Rufum Ephesium edit. Mosq. 1806. pag. XVIII. De duobus aliis Oribasii ac ceteris Mosquensibus Codd. Graecis exposui in notitia Codd. Mosqq. Lipsiae 1805. 8.

2) Hanc totam rem accuratius exposui in notitia Codd. Mosq. Lipsiae 1805. pag. 355. 356.

Herculeum, tanquam Augiae stabulis expurgandis, in edendo hoc libello ferrea patientia sustinui ac pertuli laborem. Raro contigit, ut in hoc vitiosissimo Oribasii Codice tria, aut quatuor, aut quinque deinceps vocabula mendis carerent. Quaedam vero etiam sine ulla spe correctionis atque emendationis contaminata et corrupta sunt. Scriba, ut opinor, ne Graecus quidem fuit, sed fortasse Italus, Venetus, prosus imperitus.

Ex eodem hoc Codice interpretationem Latinam fecit Io. Baptista Rasarius, medicus Graece et Latine doctissimus. Illo enim tempore adhuc in usu erat, ut medici etiam Graece et Latine scirent, quod hoc, ut vocant, illuminatissimo seculo fere prorsus abolevit. Ejus ergo interpretationem Latinam hic repetendam curavi ex edit. Paris. 1555. 8.

Subjeci meas qualescunque animadversiones, in quibus modo sunt correctiones, vel etiam conjecturae solum, modo explicationes vocabulorum, quorum etiam indicem in fine satis copiosum adjeci. Si talem ego a principio indicem ad manus habuissem, sine ullo dubio plura praestare potuissem. Accessit etiam in eodem indice notabiliorum vocabulorum recensio, quae in mea Rufi editione occurrunt, quod Rufus non solum magna ex parte ex eodem Codice Mosquensi editus est, verum etiam multa similis argumenti pertractat.

Ex duobus aliis Oribasii Codicibus Mosquensibus, librorum ad Eustathium et Eunapium (v. Notitiam meam Codd. Mosqq. p. 123. 124.) fortasse plura loca hujus libelli emendare potuissem. Sed usus eorum mihi non concessus 3) est, tametsi id mandatum fuerat, ac duo Summi Viri, Ambrosius, Metropolita Petropolitanus, et Plato, Metropolita Mosquensis, mihi ea in re impensissime faveant, atque industriam meam dudum antea multoties comprobaverint. Equidem, etsi ea de caussa doleo, tamen id aequo animo fero. Frustra enim, ut ille 4) ait, niti, neque aliud fatigando, nisi odium quaerere, extremae dementiae est. Delitescant igitur, per me licet, sub claustris ferreis et aereis, ac putrescant isti praestantissimi Codices, nisi alius, mei similis, triplici 5) aere pectora armatus, Acheronta perruperit. Ut hujuscemodi vir, Rossus maxime, existat, ex animi sententia opto, qui istos Codices ab oblivione et interitu vindicare, et velit, et possit, cum praesertim tres Imperatores Rossici, ALEXIUS MICHAËLIDES, PETRUS ILLE MAGNUS et ALEXANDER PRIMUS istorum

3) Vide fabulam Gellerti de cane. pag. 20. Aber fris mir nichts davon.
4) Sallust. Iugurth. III, 3.
5) Horat. Od. 1, 3, 9. 36.

Codicum merito curam gesserint. Etenim, ut modo dixi, ALEXIUS MICHAËLIDES maximis sumtibus hos Codices coëmit; PETRUS MAGNUS per Athanasium Schiadam brevem eorum notitiam dedit; ALEXANDER vero PRIMUS mihi mandatum dedit, ut accuratius eos designarem, missis ad me in Germaniam mille Thaleris Albertinis. Cui vero usui erit ista notitia, si Codices maneant occlusi?

Mirabuntur fortasse haud pauci, quomodo accidere potuerit, ut mihi, qui iterum hic Mosquae habito, ac munere publico, satis honesto, fungor, Mosquenses Codices denegati sint; cum praesertim per istos duos et vinginti annos, quos, relicta Rossia, in Germania transegi, nobilissimarum bibliothecarum Codices ex mandatis regum, ducum, principum, senatorum, pro voto meo in Saxoniam, Misenum et Vitembergam, transmissi fuerint. Etenim bibliothecae, Monachiensis, Augustana, Dresdensis, Vratislaviensis, Guelpherbitana, Gothana, Zittaviensis et aliae plures semper mihi ita patuerunt, ut solum epistola significarem, qui Codices ad me mittendi essent. Immo antea hic quoque, ex mandato CATHARINAE MAGNAE, ex utraque bibliotheca, saepe ultra viginti Codices domi meae habui. Aliter enim nec indicem eorum conficere, nec N. Testamentum Graecum ita accurate et fideliter edere potuissem. Modo vero hunc ipsum Codicem Oribasii precario, ac quasi furtim accepi.

Aeque, ut populares mei, liberaliter et humaniter mecum egit NICOLAUS NICOLAÏDES de NOWOSILZOW, Vir Illustrissimus atque Excellentissimus, cujus gratia et beneficio ad me huc Mosquam missus est 6) Codex Philonis Alexandrini, qui ab eodem ALEXIO MICHAËLIDE, Rossorum Imperatore, emtus est ex monasterii montis Athus Badopedii bibliotheca. Continet iste Codex, qui sec. XIV. in charta bombycina scriptus est, XXIX. libros Philonis, ac nullo modo deterior est Codice Mediceo, cujus laudes Mangey tanto opere praedicat. Per plures menses hic Codex Petropolitanus fuit penes me. Igitur eum a principio ad finem cum editione Londinensi comparavi, et lectiones discrepantes diligenter notavi. Curam geram, ut, me vita functo, istae animadversiones, cum reliquis omnibus, quae ex diversis bibliothecis, tam Rossicis, quam Germanicis, collegi, quaeque satis multa ac notabilia sunt, in illustri aliqua bibliotheca reponantur. Sed redeo ad ea, quae de hac editione dicenda fuerunt.

---

6) De hoc Codice ipse breviter exposui in indice Codicum. Petropoli 1780. 4. pag. 29. et ad catenam Victoris Antiochen. Mosquae 1775. 8. vol. II. p. 124.

Conqueſtus nuper fueram in mea Rufi editione, quod nullo modo hic Aëtium potueram impetrare. Nuperrime autem Romanus Theodorides Timkowsky, Philosophiae Doctor, Vir eruditissimus ac mihi amicissimus, qui patriae ſuae absque ullo dubio ornamento erit, Lipsia ad me ſcripſit, ſe credere, editionem Aëtii Franzii anni 1777 8. nunquam in lucem fuisse editam, ſed ſolum, tanquam aliquando prodituram, indicatam eſſe et promiſſam. Equidem hic Moſquae ea de re nullo modo ſententiam ferre poſſum. Deſtitutus ergo Aëtii operibus, interim uſus ſum Aëtii fragmentis, quae partim in Dictionario medico Stephani, (1564. 8) partim in editione Hebenſtreitii (Lipſiae 1757. 4) leguntur.

Franzii editionem Xenocratis (Francof. et Lipsiae. 1779. 8.) ſerius accepi. Ergo ea non potui uti.

Medicus iſte, de quo quaeſieram in praefatione ad Rufum (pag. IX.) is eſt, ut poſtea cognovi, qui Theophanis Nonni nomine prodiit Gothae. 1794. 8.

Multa Raſarius in praefatione ſua dixit de uſu et praeſtantia horum opusculorum. Ego ſolum addo, praeter reliqua, acutiſſime ad ſanitatem corporum tuendam et curandam animadversa, atque eleganti 7) oratione exposita, mihi in primis placuisse caput de variis corporis exercitiis.

Multum quoque hi libelli proſunt ad medicos Graecos, ad Plinii hiſtoriam naturae, ad Dioſcoridem, ad Athenaei Deipnoſoph. ad geoponica, ad hippiatrica, ad ſcriptores rei ruſticae Latinos, etc. etiam ad locupletanda ſic dicta Lexica, non dico iſta vulgaria et puerilia, ſed Stephani, Schneideri atque aliorum virorum doctorum.

Meos in hoc tam impedito et difficillimo opere errores, a quibus nec Raſarius liber fuit, nec fortaſſe ullus alius, vir etiam eruditiſſimus, sibi ſatis cavere potuisſet, ut lectorum humanitas indulgenter excuſare velit, etiam atque etiam rogo. Alius poſt me, vir eruditus, Raſarii et meis humeris nixus, longius proſpiciet et acutius videbit, ſi praeſertim exemplar iſtud, quod Raſarius memorat, quodque haud dubie adhuc in Italia, Venetiis fortaſſe, latet, fuerit conſecutus.

Scribebam Mosquae. d. XII. Dec. 1807.

---

4) Olim enim consuetum erat, ut, antequam aliquis philosopharetur, aut in quacunque disciplina ſe doctorem profiteretur, grammaticis et rhetoricis inſtructus esset regulis.

PRAEFATIO RASARII.

IOANNES BAPTISTA RASARIUS, NOVARIENSIS, MEDICUS,

NICOLAO SAMMICHELIO, MEDICO, NOVOCOMENSI,

S. P. D.

Tanta eſt virtus tua, Nicolaë Ornatiſsime, vt omnium animos, tum rerum cognitione atque uſu, tum morum ſuavitate, et vitae integritate tibi devincias: 8) *tanta vero eſt tui in me officii magnitudo, ut, cum tu, et conſilio, et re, juvare me nunquam deſtiteris, et teſtimonio tuo ſingulari me perpetuo ornaveris; niſi ego te vehementer diligam, et ſummopere obſeruem, meumque tibi aliqua ex parte gratum animum oſtendam, inhumanus judicari merito poſſim. Quanquam enim ſcio, te eſſe animo tam excelſo, magnoque, vt nihil vnquam in me officii ita contuleris, vt gratiam tibi a me referri, aut expectares, aut velles: tamen, ſicut tu benevolentiam tuam in me extare voluiſti; ita mihi dandam eſſe operam exiſtimo, vt aliquo ſaltem vigiliarum mearum munuſculo te afficiam; id quod erit ejuſmodi, ut non a me proficiſcens ad te veniat, ſed vt abs te prius profectum, mihique donatum, nunc ad te reverti valde cupiat. Itaque, cum tu praeter caetera tua in me merita, vnum* 9) *et triginta libros Oribasii miſiſſes, quorum novem ad Euſtathium filium miſſi, Latini a me facti anno ſuperiore prodierunt in lucem, decem ſeptem vero ſuperſunt ex magno illo ſeptuaginta librorum volumine, quod totam in ſe artis materiam complectebatur, quod ad Iulianum Caeſa-*

8) Raſarius ergo ante annos CCLII his verbis: *tanta vero — te afficiam:* expressit imaginem conſuetudinis, morum, ac virtutum ZOËS PAULIDIS de ZOSIMA, qui mihi prorsus talis, atque major etiam, extitit fautor, qualis quondam fuit Rasario Sammichelius.

9) Hos libros mox ita enumerat: Novem ad Euſtathium, ſeptendecim τῶν ἰατρικῶν συναγωγῶν. Intelligit ergo hunc Codicem Moſquenſem, qui XV. priores libros habet, et alium, in quo reperiebantur libri XXIV et XXV, qui anatomica ex Galeno continent. Hos duos libros edidit, Graece tantum, Morelius Paris. 1556. 8. et poſt eum Graece et Latine Dundaſs Lugd. Batav. 1735. 4. Poſtremo Raſarius memorat quatuor libros Oribasii ad Eunapium. Jam, si hos numeros IX. XVII. et IV. computes, libri omnino erunt triginta, non, triginta et unus.

rem ſcriptum fuerat, quatuor denique ad Eunapium: rogaſti, ac propemodum efflagitaſti a me, ne libros a ſtudiosis omnibus maximopere expectatos paterer latere diutius, tantaque utilitate genus humanum privarem. Ego vero, quanquam id ipſum vehementer cupiebam, ut hoc aes alienum diſſoluerem: tamen vix audebam aggredi eam provinciam, ad quam rite conficiendam, maiore otio, atque copia librorum manu ſcriptorum opus eſſet; cum praeſertim ego in publico munere quotidie verſer, et duo 10) tantum exempla librorum Oribasii mihi ſuppetant: quorum alterum mihi tu dediſti, alterum vero eſt apud virum clarissimum, et ſenatorem gravissimum, Matthaeum Dandulum: a quo caetera omnia, ut ego quidem puto, tanquam a fonte, manarunt. Et quamvis codex ille sit omnium, quos ego in hac maxima vrbe viderim, vetuſtissimus: tamen tute ſcis, quot 11) in eo quoque loca sint, in quibus interpretandis, vel divinandum, vel, quod maxime periculoſum eſt, coniectura utendum sit. Veruntamen tu me ita hortatus es, vt omnem meam operam, omne ſtudium, omnemque diligentiam mihi eſſe adhibendam cenſuerim, vt libros alioqui ſtudiosis utiliſſimos in linguam latinam converterem. His enim 12) ea cognitio continetur, vt omne hominum genus delectare, juvareque poſſe videatur. Nam, si quis medicamenta ſcire aveat, eaque sive simplicia, sive composita sint, totam eorum ſyluam longe, lateque diffuſam, in hiſce libris comperiet: si ea, quibus veſcimur, herbas, plantas, fructus, ſemina, radices, ſuccos, liquores; lapides, metalla, et caetera, quae ex terra prodeunt; hinc eidem ſuppetent omnia. Si vero, quae ſit aquarum dulcium vis et natura, quaeque earum, in quibus aliqua medicamenti qualitas ineſt, et quae lavacra arte

10) Utinam Raſarius accuratius expoſuiſſet, quid iſta duo exemplaria, haud dubie ſcripta, ac illo tempore nondum edita, continuerint. Mea conjectura de hac re haec eſt. In Codice Danduli erant fortaſſe omnes iſti triginta libri. Sammichelus autem praeterea ſuppeditavit Raſario forte ſolos iſtos duos libros, poſtea ab Morelio, neſcio unde, editos. Nec enim Morelii editio mihi ad manus eſt, nec Riccii. Libros XV. collectaneorum, item ad Euſtath. IX. et ad Eunapium IV. Raſarius, aut alius ante eum, ex Codice Danduli tranſcribendos curavit, tribus diversis voluminibus, quae nunc hic Moſquae ſunt, quaeque certo certius fuerunt in manibus Raſarii, et ex quibus ſuam Latinam interpretationem compoſuit. Liber XXIV. et XXV. collectaneorum hic non reperitur. Forte alicubi in Italia, aut in monaſterio montis Athus Iberorum, latet.

11) Ergo vitiosiſſime ſcriptus eſt. Id significat etiam ſcriba Codicis Moſquensis librorum quatuor ad Eunapium. In fine enim hanc notam adjecit de ſe ac de exemplari, quod tranſcripſerat: ἐξισώσας κατὰ πάντα τῷ πρωτοτύπῳ, ὁπωσδήποτε δυνατὸν ἦν.

12) Hic Raſarius, ut medicus, exponit de praeſtantia horum libellorum.

conſici queant, vt ad omnia genera morborum ſint accommodata, velit cognoſcere: id cumulatius ſuppeditabunt hi libri, quam vt longe abeamus. Siquidem, quae de his rebus non modo Hippocrates et Galenus, quorum ad nos ſcripta pervenerunt, ſed etiam Diocles Cariſtius, Archigenes, Agathinus, Menemachus, Dieuches, Philotimus, Antyllus, Philagrius, Ctesius, Pliſtonicus, Athenaeus, Posidonius, Herodotus, Xenocrates, Zopyrus, Rufus, et caeteri veteres medici praeſtantiſſimi, quorum libros iniuria temporis nobis ademit, conſcripſerunt, in unum hoc volumem Oribasius redegit. Tum vero ex eorundem ſententia de mari et lacubus, de fluminibus et aquis pluviis, et de iis omnibus, quae in mari degunt atque naſcuntur, abunde diſſeruit. Idem quoque coelum, coelique regiones et orbis terrae partes ſalubres, et peſtilentes, et habitationes, urbeſque ad bonam valetudinem tuendam et morbos profligandos accommodatas definivit: deque aëriis et volatilibus egit: tum ſiderum ortus et occasus, et vim ventorum, et quae in ſuperna coeli regione fiant, eſt cumulate perſequutus. Iam, quid de humani corporis fabricatione dicam? Qui muſculus, qui neruus, quae vena, quae arteria, quae denique oſſa ſunt, quae in his libris non deſcripta, ſed fere depicta non videantur? Omittam hoc loco tot, tamque varia genera exercitationum, quibus veteres utebantur. Nihil etiam commemorabo, quot menda ex Galeni libris, tum in medicamentis expendendis, tum in hominis fabricatione explicanda, ſublata fuerint. Nihil denique afferam, quanta sit inter hujus et Dioſcoridis deſcriptiones herbarum differentia: quippe, cum, et tu omnia diligenter inſpexeris, et caeteri judicare facilius queant. Cum igitur hanc tantam, tamque variam vtilitatem his libris contineri perſpiceres, tantum abeſt, ut quorundam morem tibi ſeruandum eſſe exiſtimares, qui theſauros hujuſmodi reconditos 13) perire malunt, quam egentibus impertiri; vt non prius conquieveris, quam impetraris a me, ut hos decem ſeptem libros, quo pervenire ad omnes poſſent, interpretarer. Quod cum feciſſem, non debere eos in alio nomine apparere, quam in tuo, plane intelligebam. Siquidem jure quodam domum tuam repetere videbantur, et, quod tu eorum confectionis auctor fuiſſes, et, quod Oribaſium honorifice ſemper tractaviſſes, tum in simplicium medicamento-

13) Ergo illo etiam tempore erant, qui Codices ſub clauſtris et cuſtodia deliteſcere et putreſcere mallent. Hi vero ſunt eiuſcemodi homunciones, vel, ut ille ait, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί, qui, cum ipsi, nec ſapiant, nec quidquam intelligant, nec denique ullo modo litteris prodeſſe, aut possint, aut velint, aliis impedimenta obiiciunt, ne bene mereri de doctrina possint.

rum et diſſectionis humani corporis cognitione, in qua ſummopere excellis, tum in facienda medicina, in qua sic verſaris, ut innumeros non ſanaueris modo, ſed a morte pene ad vitam revocaveris, idque quotidie facias. Praeterea vero ſciebam, ejus nomen a te fuiſſe celebratum, cum tu ſumma cum laude in florentissima Academia Patavina reconditam ſcientiam tuam, et singularem medicinae cognitionem, quae in te elucet, cunctis patefaceres, atque aperires, et arcana ſenis noſtri, omnis medicinae parentis, ita ad hominum ſtudia, ſalutemque accommodate reſerares, ut, qui te audirent, ſummum fructum ferrent, tu vero laudem immortalem, et gloriam tibi parares ſempiternam. Mitto igitur ad te Oribasium, qui, licet alia lingua loquatur, eſt tamen idem, qui tecum multos annos vixit: atque ita mitto, vt, si quid meo ſtudio, et diligentia fuerit ornamenti conſequutus, totum id caeteri tibi acceptum referant: ſin quid offendat, id mihi, et libri mendis adſcriptum velint. Laudent tamen induſtriam, qui, quantum poſſum, quantumque valeo, totum ad illorum ſtudia libenter accommodo. Vale.



ἘΠΙΓΡΑΜΜΑ

Ἐις τοὺς Εὐγενεστάτους
καὶ
Γνησίους Τετραδέλφους
ΖΩΣΙΜΆΔΑΣ
Τοὺς ἸΩΑΝΝΊΝΟΥΣ

Πάσης Ἑλληνικῆς Σοφίας καὶ Παιδεύσεως
Παλαῖας τὲ καὶ Νεωτέρας
Σπουδαςὰς καὶ Ἐπιμελητὰς
Μεγαλοδωροτάτους.

ΣΩ͂Ν ἄρα δὴ, καὶ σοφῶν τ᾽ ἰητρῶν Ἑλλάδος ἔςαι
    Μνῆμα ἀείμνηςον τοῦτ᾽ ἀνακεισόμενον.
Τοίνυν σωτῆρες γεγένηϑε βιοίο δοτῆρων
    Ἀνϑρώποις δειλοῖς ἡ πανακεῖ δυνάμει.
Τῆς σοφίης κ᾽ ἀρετῆς μετέπειτ᾽ οὖν ἕξετ᾽ ἐπαίνους
    Παντοίων ἑξῆς ἐσσομένων μερόπων·
Οὕνεκα παμπόλλων τε ποιητῶν, ξυγγραφέων τε,
    ΣΑΙ͂Σ δαπάναις βίβλους δώκατε μουσοτρόφοις.

EPIGRAMMA
IN
FRATRES
ZOSIMADAS,
IOANNINOS,
VIROS NOBILISSIMOS ET GENEROSISSIMOS,
LITTERARUM FAUTORES
MAXIMOS AC BENEFICENTISSIMOS.

Florete atque vigete diu, Fratres Generosî,
Musarum firmum, ZOSIMADAE, columen.
Non erit ulla aetas, meritis quae detrahat unquam
VESTRIS. Digna etenim laudibus eximiis.

NOMINA MEDICORUM,

QUORUM

Opufcula et fragmenta in hoc libro leguntur.





ΟΡΙΒΑϹΙΟϹ ΤΗ ΥΓΕΙΑ ΑΦΙΕΡΟΙ ΤΑϹ ϹΥΝΑΓΩΓΑϹ

ὈΡΙΒΑΣΊΟΥ

ἸΑΤΡΙΚΑ῀Ι ΣΥΝΑΓΩΓΑ῀Ι.

ΠΡΌΛΟΓΟΣ

ΠΡ῾ΟΣ

ἸΟΥΛΙΑΝῸΝ,

ἈΥΤΟΚΡΆΤΟΡΑ ῬΩΜΑΊΩΝ.

Τὰς προσαχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος, αὐτοκράτωρ Ἰουλιανὲ, πρότερον, ἡνίκα διετρίβομεν ἐν Γαλατίᾳ, τῇ πρὸς ἑσπέραν, εἰς πέρας ἤγαγον, καθὼς ἠβουλήθης· ἅςινας ἐκ μόνων τῶν ὑπὸ Γαληνοῦ γραφέντων ἐποιησάμην. ἐπεὶ δὲ ἐπαινέσας ταύτας, δευτέραν ἐπέταξας πρᾶξιν, 1) πάντων τῶν ἀρίςων ἰατρῶν ἀναζητήσαντά με τὰ καιριώτατα, συναγαγεῖν, καὶ πάνθ᾽, ὅσα χρησιμεύει πρὸς αὐτὸ τὸ τέλος 2) τῆς ἰατρικῆς· καὶ τοῦτο πράττειν, ὡς οἷός τε εἰμὶ, προθύμως διέγνωκα, χρησιμωτάτην ὑπολαμβάνων ἔσεσθαι τὴν τοιαύτην συνα-

ORIBASII

MEDICA COLLECTANEA.

PRAEFATIO

AD

IULIANUM

IMPERATOREM ROMANORUM.

Epitomas, quas tu olim, Dive Iuliane Caesar, mihi conficiendas mandaveras, jampridem, cum in Gallia citeriore essemus, ad finem, quemadmodum tu voluisti, perduximus: quas quidem ex iis solis confeceram, quae Galenus conscripsisset. cumque tu eas laudavisses, alterum mihi laborem iniunxisti: ut, perquisitis omnibus, quae medici praestantissimi maxime opportuna dixissent, et quaecunque ad medicinae finem pertinerent, unum in volumen redigerem. id quod ego pro virili parte me prompto animo facturum decrevi: cum exi-

(1) Πραγματείαν, συγγραφήν.

(2) Τὴν τελειότητα. τέλος artis medicae est, corporum male affectorum sanatio.

γωγὴν, τῶν ἐντυγχανόντων, ἑτοίμως ἐξευρισκόντων τὸ ἑκάστοτε τοῖς δεομένοις ὠφέλιμον. Περιττὸν δὲ νομίσας εἶναι καὶ παντελῶς εὔηθες, τὸ ἐγγράφειν τὰ αὐτὰ πολλάκις, καὶ τῶν ἄριστα συγγραψάντων, καὶ τῶν μὴ ὁμοίως τὸ ἀκριβὲς ἐξεργασαμένων, μόνα τὰ τῶν ἄμεινον εἰπόντων συνάξω, πάλαι Γαληνῷ μόνῳ ῥηθέντα, μηδὲν παραλιπὼν τάξαι, καθότι τῶν συγγραψάντων ἁπάντων εἰς τὰς αὐτὰς ὑποθέσεις αὐτὸς κρατεῖ, μεθόδοις καὶ διορισμοῖς τοῖς ἀκριβεστάτοις χρώμενος, ταῖς Ἱπποκρατείοις ἀρχαῖς καὶ δόξαις ἐξακολουθῶν. Χρήσομαι δὲ κἀνταῦθα τοιαύτῃ τινὶ τάξει. καὶ πρῶτον μὲν οὖν συνάξω τὰ τοῦ ὑλικοῦ μέρους, εἶθ', ὅσα περὶ φύσεως καὶ κατασκευῆς εἴρηται τἀνθρώπου, μεθ' ἃ, τὰ τῆς ὑγιεινῆς καὶ ἀναληπτικῆς πραγματείας, καὶ μετὰ ταῦτα, ὅσα τῆς διαγνωστικῆς καὶ προγνωστικῆς ἔχεται θεωρίας· ἐφ' οἷς τὰ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων καὶ συμπτωμάτων, καὶ ὅλως τῆς τῶν παρὰ φύσιν ἐπανορθώσεως. ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν περὶ τῶν ἐν τροφαῖς δυνάμεων. (3)

stimem, haec collecta fore utilia iis, in quorum manus incident, ut statim, quid semper iis, qui auxilio indigeant, utile sit, comperiant. Nunc vero, cum supervacaneum et omnino ineptum putem, eadem saepius adscribere, et quae ab optimis medicis, et quae ab iis, qui non ita diligenter res tractaverunt, scripta fuerint: ea solum colligam, quae nobis reliquerunt ii, qui caeteris praestiterunt; sed nihil omittam eorum, quae Galenus dixerit: siquidem ex iis, qui easdem res pertractarunt, ipse, et via, ac ratione, et distinctione, caeteris omnibus antecellit, ac principia et sententias Hippocratis imitatur. Hoc vero ordine hoc loco utar. In primis colligam ea, quae de parte materiae sunt: deinde de natura atque fabrica hominis: tum de tuenda sanitate, et reficiendis corporibus agetur: quibus confectis, addam, quae ad dignotionem et praenotionem pertinent: ad haec, quae de morbis, deque symptomatis sunt, accedent: et denique ea, quae valent ad corrigendum ea, quae praeter naturam sunt, adhibebuntur. A facultatibus autem alimentorum initium dicendi sumam.

ΒΙΒΛ. α. ΚΕΦ. β.

Ἐκ τῶν 4) Ἀθηναίου. Περὶ πυρῶν.

Ἐκ 5) τοῦ α. λόγου.

Τῶν σίτων κράτιστοι πρὸς εὐτροφίαν εἰσὶν, οἱ πυροί· διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων, τὸ 6) μᾶλλον καὶ ἧσσον θερμαίνειν τὲ καὶ ὑγραίνειν, παρὰ

De tritico. Ex Athenaei commentariis. Ex libro primo. Cap. 2.

Ex cibis valentissimum ad nutriendum est triticum, cujus magna differentia, ut magis, minusque calefaciat, et

(3) Continuo sequitur caput ex Galeno: περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας τῶν δημητριακῶν σπερμάτων. Sed Galeni omnia consulto praetermisi, quod ea apud ipsum legi possunt. Ordinem secutus sum Oribasii, secundum argumenta, non secundum nomina auctorum, ne materias miscerem. Utile praeterea, diversorum auctorum excerpta de re eadem iunctim cognoscere. Valet enim hoc, et ad intelligentiam, et ad emendationem locorum non nullorum, qui corrupti sunt. Rufi tamen Ephesii fragmenta seorsim iam edidi. Mosquae 1806. 8.

(4) De hoc vide Fabric. Bibl. Graec Vol XIII. pag. 93.

(5) Haec a manu recentiori adscripta sunt.

(6) Id est, κατὰ τὸ, vel τῷ.

τὰ γένη, καὶ παρὰ τοὺς τόπους, ἐν οἷς φύονται, καὶ παρὰ τὰς καταστάσεις τῶν ὡρῶν καὶ τῶν αέρων καὶ παρὰ 7) τῶν χρόνων. Παρὰ μὲν οὖν τὰ γένη διαφέρουσιν οἱ πυροὶ, ὅτι οἱ μὲν αὐτῶν 8) σιτάνιοι καὶ ἀλευρῖται· οἱ δὲ, σεμιδαλῖται εἰσίν. οἱ μὲν οὖν σιτάνιοι κοῦφοί τε εἰσὶ καὶ χαῦνοι τῇ συστάσει, καὶ λευκοί. κατειργασμένοι γάρ εἰσι, τῆς γεώδους οὐσίας ἐν αὐτοῖς ἐπὶ πλέον κεχυμένης καὶ διαλελυμένης ὑπὸ τῆς οἰκείας συμπέψεως. διόπερ ἑτοίμην καὶ εὔπεπτον καὶ καθόλου εὐμετάβολον τὴν τροφὴν προσφέρονται, ἔτι δὲ εὐδιάπνευστον καὶ εὐεκποίητον, ἐλάσσονα δὲ, καὶ οὐκ ἴσην τοῖς σεμιδαλίταις, καὶ πρὸς ὑγείαν μᾶλλον ἢ ῥώμην ἁρμόζουσαν. οἱ δὲ σεμιδαλῖται βαρύτεροί τε εἰσὶ καὶ πυκνοὶ καὶ ξανθοὶ καὶ διαφανεῖς. καὶ δύσπεπτοι μέν εἰσιν, ἀνάδοσιν δὲ ἔχουσι δαψιλῆ καὶ δυσδιάπνευστοι, καὶ καθόλου πρὸς ῥώμην μᾶλλον ἢ πρὸς ὑγείαν εἰσὶν ἐπιτήδειοι. Παρὰ δὲ τοὺς τόπους διαφέρουσιν οἱ πυροὶ, οἱ ἐν ξηροῖς καὶ ἀλιπέσι χώραις γινόμενοι τῶν 9) εὐγείοις καὶ πιεροῖς φυομένων. οἱ μὲν γὰρ ἀπ' ἐλάσσονος ὕλης καὶ κουφοτέρας καὶ λεπτοτέρας συνεστῶτες, εὐκατέργαστοι μέν εἰσι καὶ εὐμετάβολοι· ἐλάσσονα δὲ τροφὴν προσφέρονται, ὃν τρόπον οἱ ἐν τοῖς καύσεις 10) λεγομένοις ἐπισπειρόμενοι. τῆς γὰρ ἐν τοῖς τόποις 11) ὕλης ἐμπρησθείσης, διὰ τὸ ἀλιπὲς καὶ ἄτροφον τῆς τέφρας, λευκοί τε γίνονται καὶ χαῦνοι καὶ σιτάνιοι· οἱ δ' ἐν εὐγείοις καὶ λιπαροῖς τόποις φυόμενοι, ἀπὸ δαψι-

humectet, a genere, a locis, in quibus nascitur, a temporum constitutione, ab aëre, et a temporibus ducitur. Ac generis quidem ratione differt triticum; quia alterum sitanium et farinaceum, alterum vero similaceum est. Sitanium vero leue est et laxum consistentia, atque album. hoc enim est elaboratum, terrea substantia multum in eo effusa, et a propria concoctione dissoluta. quocirca et promptum, et quod bene concoquatur, et, ad summam, quod facile immutetur, alimentum praebet. quinetiam, quod facile perspiretur, et conficiatur: minus tamen sit, neque par ei, quad similaceum afferat: et quod magis ad bonam valetudinem, quam ad robur accomodatum sit. Similaceum vero est gravius, et densum, et flauum, et pellucidum, estque difficile ad concoquendum, distributionem tamem copiosam, et quae non facile perspiretur, habet. et omnino potius ad robur, quam ad sanitatem est accommodatum. Ex locis autem differt triticum, quod in siccis, et non pinguibus regionibus natum sit, ab eo, quod in fertilibus et pinguibus oriatur. illud enim, cum ex minore materia, levioreque et tenuiorum partium, constet, facile conficitur, facileque mutatur illud quidem, sed minus alit. quare affectum est id, quod in locis, quae exusta vocantur, seritur. Cum enim loci materia exusta sit propter cinerem, pinguedine et nutritione carentem,

(7) Aut intelligendum, τὰς καταστάσεις, aut παρὰ tollendum.

(8) Vide Geopon. III, 3, 11. p. 227.

(9) ἐν addendum videtur.

(10) Καῦσος h. l. videtur esse locus subterraneo incendio exustus, aut, ubi alia aliqua materia in superficie concremata est.

(11) Τούτοις videtur addendum.

λοῖς καὶ στερεᾶς ὕλης τρεφόμενοι, πυκνοί τε εἰσὶ καὶ βαρεῖς καὶ πολύτροφοι. Καὶ οἱ ἀναπεπταμένοι δὲ τῶν τόπων καὶ εὔπνοοι καὶ εὐήλιοι, βελτίους πυροὺς φέρουσι, καὶ πολυτροφιμωτέρους. διαφέρουσι δὲ τοῖς τόποις, καὶ οἱ ἐν ψυχροῖς ἄγαν καὶ χιονοβολουμένοις, τῶν ἐν θερμαῖς χώραις σπειρομένων. οἱ μὲν γὰρ ἐν ψυχροῖς τόποις φυόμενοι, κατειργασμένοι μᾶλλόν εἰσι καὶ λεπτομερεῖς, ὥσπερ εἰσιν οἱ σιτάνιοι. μήποτε 12) γὰρ, οἷον φωλευούσης ἐν αὐτοῖς τῆς δυνάμεως, καὶ ὀλίγην μὲν τροφὴν ἀναλαμβανούσης, ταύτην δὲ ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον, ἐπὶ πολὺ δὲ πεπτούσης, πλείονα κατεργασίαν τε καὶ χύσιν ἐν αὐτοῖς τὸ γαιῶδες λαμβάνει. διὸ καὶ κοῦφοί τε εἰσὶν οἱ πυροὶ, καὶ εἰς λεπτὸν ἄλευρον ἀναλελυμένοι. καὶ τοὺς τριμηναίους δὲ πυροὺς, κουφοτέρους ὄντας, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν τοῖς χιονοβολουμένοις τόποις γινομένους, ὁμοίους ὄντας, παρειλήφαμεν. οἱ δὲ ἐν θερμοῖς τόποις γινόμενοι τῶν πυρῶν, ἄφθονόν μὲν τροφὴν παραλαμβάνουσι, καὶ πολλὴν, πυκνοτέραν τε καὶ ἧσσον κεχυμένην τε καὶ διακεκριμένην. οἱ δὲ ἑλώδεις τῶν πυρῶν, ἄτροφοί τε εἰσὶ, καὶ κουφότεροι, καὶ τὸ αἷμα φαῦλον ποιοῦσι, καὶ ἧσσον θερμαίνουσι τὰ σώματα. καὶ οἱ κάθυγροι δὲ τῶν τόπων ἀτροφωτέρους φέρουσι καὶ ἀτονωτέρους τοὺς πυρούς. δοκοῦσι δὲ καὶ τῷ ὅλῳ γένει μεταβάλλειν εἰς αἴρας 13), διὰ πλεονασμὸν ὑδάτων. οἱ δὲ ἐν σκιεροῖς καὶ συνδένδροις τόποις γεινώμενοι, πλέον ἔχουσι τὸ σκύβαλον τοῦ χρησίμου. Παρὰ δὲ τὰς καταστάσεις τῶν ὡρῶν

triticum album, laxum, et ſitanium efficitur. at quod in pinguibus et fertilibus locis naſcitur, copioſa et ſolida materia educatum, eſt et denſum, et graue, atque etiam multum nutrit. Ac loca quidem aperta, quaeque bene perſpirantur, et aprica ſunt, melius triticum ferunt, et quod multo magis nutriat. Differt quoque loci ratione triticum, quod in locis admodum frigidis et nivalibus oritur, ab eo, quod in calidis regionibus feritur. nam quod oritur in frigidis locis, magis eſt elaboratum, et tenuium partium, quale eſt ſitanium. cum enim non velut deliteſcat in eis vis, exiguumque alimentum, idque paulatim capiat, permultum autem concoquat, efficitur, ut pars terrea magis in eis elaboretur, et fundatur: ex quo conficitur, ut triticum cum leue ſit, tum vero etiam in tenuem farinam diſſoluatur. quod trimeſtre triticum eſt, levius eſſe, et praeſertim, quod in nivalibus locis naſcitur, huiuſmodi eſſe accepimus. Quod vero in calidis locis oritur, et copioſum alimentum, et multam denſitatem, et minus fuſam, atque ſecretam capit. Paluſtre porro triticum alimento vacat, eſtque levius, et vitioſum ſanguinem facit, et corpora minus calefacit. Loca autem perhumida triticum ferunt, quod minus alit, quodque eſt imbecillius, et ex toto genere videtur in lolium propter aquae vim et copiam degenerare. Quod vero in umbroſis et nemoroſis locis naſcitur, plus habet aceris, quam utilitatis. Ex temporum vero atque aëris conſtitutione exiſtit etiam tritici differentia. atque ex

(12) *Fortaſſe*, nimirum. Inferius verſu 21 malim: πολὺ πυκνοτέραν.

(13) Alii ἄρα. v. Niclas ad Geopon. p. 198.

καὶ τῶν ἀέρων οἱ πυροὶ διαφέρουσι. παρὰ μὲν τὰς ὥρας, ὅταν τε εὔκρατος καὶ σύμμετρος αὐτῶν ἡ μεταβολὴ γένηται, ψύξει καὶ θερμασίᾳ καὶ ὄμβροις, καὶ πάλιν ἀνοχαῖς τῶν ὑδάτων. συμβαίνει γὰρ εὐτροφεῖν τε καὶ πληροῦσθαι τοῖς ὄγκοις τοὺς πυρούς· καὶ τοὐναντίον, ὅταν ἀκαίρως, ἀκρατῶς καὶ ἀσυμμέτρως ἕκαστον τῶν εἰρημένων 14) ἐπιτελῆται. ἰσχνοὶ γὰρ καὶ ἄτροφοι γίγνονται. Παρὰ δὲ τὰς ἀέρας, ὅταν κατὰ τοὺς προσήκοντας καιροὺς εὔδιανοι 15) γένωνται, καὶ εὐήλιοι καὶ εὐήνεμοι· ἢ τοὐναντίον ἐπινεφεῖς καὶ δυσήλιοι. πολλάκις δὲ καὶ ψεκάδας φέροντες, ἤδη θερμῆς τῆς ὥρας οὔσης, καὶ πρὸς τελείωσιν τῶν πυρῶν ὄντων. φθίνουσι γὰρ ἐρυσιβούμενοι. παραπλησίως δὲ καὶ, ὅταν βαρεῖα καὶ ξηρὰ καὶ θερμὰ γένηται πνεύματα, τὰ ὑπὸ τὸν καιρὸν τῆς τῶν σταχύων πληρώσεως, καὶ ἰσχυροὶ καὶ πολὺν χρόνον φυσήσωσιν οἱ λεγόμενοι καύσωνες, ἐπικαίουσι τοὺς στάχυας καὶ ξηραίνουσι, καὶ διὰ τοῦτο ἀτρόφους κατασκευάζουσι. Παρὰ δὲ τὸν χρόνον διαφέρουσιν οἵ τε νέοι, καὶ οἱ παλαιοὶ, καὶ οἱ μεταξὺ τούτων. οἱ μὲν γὰρ πρόσφατοι, πολυχυλότεροί εἰσι καὶ πνευματώδεις καὶ πολύτροφοι· οἱ δὲ παλαιοὶ τοὐναντίον, ἀχυλότεροι καὶ ξηρότεροι καὶ ἀτροφώτεροι· οἱ δὲ μεταξὺ τούτων κατὰ χρόνον τὰς μεσότητας ἔχουσι τῶν εἰρημένων.

temporibus quidem, cum eorum fit temperata, et moderata, in frigore, calore, imbribus, et postea in aquarum defluentium cohibitione commutatio. tunc enim triticum boni alimenti fieri, eiusque molem impleri contingit, ut contra fit, cum intempestiue, intemperate et immoderate, quae praediximus, eveniunt. nam et gracile, et alimonia vacans efficitur. Aëris autem ratione, cum opportunis temporibus serenus, apricusque est, et a ventis apte perflatur: vel contra, cum nubilus est, et opacus. saepe enim minutulam pluviam emittit, cum iam tempus fit calidum, et triticum ad perfectionem pervenerit. quo casu triticum rugibine tentatum perit. Simili quoque modo fit, cum venti graves, sicci, et calidi, sub tempus, quo spicae implentur, exoriuntur. Cumque vehementes et multo tempore spiraverint ii, qui καύσωνες, hoc est, ardentes nominanur, spicas adurunt, et exsiccant, et idcirco faciunt, ut alimenti nihil habeant. Ratione vero temporis, nouum a vetere, et eo, quod inter utrumque est intermedium, differt. nam recens plus succi habet, flatus gignit, et multum alit: vetustum contra, succo vacat, siccius est, et minus alit: quod vero est medium, ratione temporis habet medietates praedictorum.

Κ Ε Φ. γ.

Περὶ τῶν κατὰ τὰς ὥρας κρεῶν.

Σύες μὲν τὴν ἐαρινὴν ὥραν εἰσὶ κάκιστοι μέχρι πλειάδος δύσεως φθινοπωρινῆς· τὸ δ᾽ ἐντεῦθεν μέχρι ἦρος κάλλιστοι. αἶγες δὲ, τὸν μὲν

De carnibus, pro anni temporibus.

Cap. 3.

Sues verno tempore usque ad occasum autumnalem Pleiadum sunt pessimi. ex eo vero tempore usque ad vernum

(14) Cod. ἐπιτελεῖται.
(15) Ita in textu, sed in marg εὔδιοι, εὐδίανοι.
(16) Num hoc etiam caput sit ex Athenaeo, affirmare non possum. Credibile tamen est, quod demum capite quarto alius notatur auctor, nimirum Galenus.

χειμῶνα κάκιςαι· τοῦ δὲ ἦρος ἀρχοντος κρείττους γίνεσθαι μέχρις ἀρκτούρου δύσεως. πρόβατα δὲ καὶ 17) ταῦτα τὸν μὲν χειμῶνα κάκιςα· μετὰ δὲ ἰσημερίαν πιαίνεται μέχρι τροπῶν θερινῶν. αἱ δὲ βόες, ὅταν ἡ πόα ἐκκαρπῇ, ἦρος τε παυομένου, καὶ τῷ θέρει παντί. Τῶν τε ὀρνίθων, οἱ μὲν κατὰ χειμῶνα κάλλιςα ἔχουσιν· ὅσοι δὲ 18) ἐπιφαίνονται χειμῶνι, ὁ κόσσυφός τε καὶ ἡ κίχλα, 19) καὶ φάσσα· οἱ δὲ ἀτταγῆνες κατὰ τὸ φιθόπωρον, καὶ μελακόρυφοι, σύκαλλός τε καὶ χλωρὸς, καὶ ὄρτυγες τηνικαῦτα πιώτατοι. ἀλεκτορίδες τὸν μὲν χειμῶνα οὐ πάνυ εὐσωματοῦσι, καὶ μάλιςα ἐν νοτίοις· ἡ δὲ τρυγὼν ἐν φθινοπώρῳ καλλίςη. τῶν ἰχθύων οἱ μὲν ἐν τῇ κυήτει κάλλιςοι, κάρις, κάραβος καὶ τὰ μαλάκια, τευθὶς, 20) σηπία· τὰ δὲ, ὅταν ἄρχηται ἐπωάζεσθαι, ὥσπερ οἱ κέφαλοι. ὑπερπλησθέντες δὲ οὗτοι τῶν κυημάτων, λεπτοὶ καὶ ἄτροφοι, καὶ ἔτι μᾶλλον τεκόντες. ὁ δὲ θύννος πιώτατος μετὰ ἀρκτοῦρον, θέρους δὲ χείρων.

tempus, optimi. Caprae hyeme pessimae sunt, vere autem usque ad Arcturi occasum esse meliores incipiunt. Pecudes quoque hyberno tempore sunt pessimae: post aequinoctium vero usque ad solstitium aestivum pinguescunt. Boves vero, cum herba fructum ferat, et finito vere, et per aestatem totam. Ex avibus nonnullae, per hyemem sunt optimae, quae nimirum hyeme apparent, ut merula, atque sturnus, et palumbus. Attagenes vero et atrica pillae, autumno praestant. itemque ficedulae, et luscinia, et coturnices eo tempore sunt pinguissimae. Galli vero gallinacei hyeme non admodum corpore augentur, et praesertim in austrinis locis. turtur vero autumno excellit. Ex piscibus vero praegnantes optimi sunt, caris, carabus, et molles, sepia, et loligines: alij vero, cum ovis incipiunt incubare, ut capitones. cum vero foetu pleni sunt, tenues sunt, et non nutriunt. et multo etiam magis cum partum ediderunt. Tynnus autem post Arcturum pinguissimus est, aestate vero est deterior.

Κ Ε Φ. θ.

Περὶ ἄρτων. Ἐκ τῶν Ἀθηναίου.

Οἱ λεπτοὶ τῶν ἄρτων ἀχυλότεροί τε εἰσὶ καὶ ἀτροφώτεροι, τῆς ὀπτήσεως μᾶλλον καθικνουμένης καὶ ἐξατμιζούσης τὸ τροφῶδες. διὸ καὶ τὸ τῶν ἰατρίων 21), καὶ τὸ τῶν λαγάνων γένος ἐςὶν ἀχυλότερον. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον οἱ κάτοπτοι τῶν ἐγχύλων ἧσσον τρέφουσι, καὶ

De panibus, ex Athenaeo. Cap. 9.

Panes tenues paucioris succi, paucioris que alimenti sunt, cum assatio magis extenuet, magisque diminuat in eis vim alendi. quocirca itria, et lachana paucioris succi sunt. hac quoque ratione assati et bis cocti panes minus alunt, quam succi pleni. nam cum sint quadantenus assati, iterum conteruntur:

(17) Forte, αὐτά.
(18) Forte τε, loco δέ
(19) Κίχλη, et mox, σύκαλις legendum. deinde, χλωρίς.
(20) Ita in margine. In textu, τ' ἐνούς.
(21) Immo, ἰτρίων.

οἱ δίπυροι ἐπὶ ποσὸν γὰρ ὀπτηθέντες, διατρίβονται πάλιν· ἔπειτα δ' ἐκ δευτέρου τῆς τρίψεως καὶ τῆς ὀπτήσεως τυγχάνουσι. συμβαίνει γὰρ διατεθερμασμένους αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ πολὺ κεχυμένους πολὺ μᾶλλον ὑπὸ τῆς τρίψεως χεῖσθαι καὶ διαλύεσθαι. τοιούτων δὲ γεγονότων ὑπὸ τῆς δευτέρας ὀπτήσεως, ἱκανὸν μὲν ἐξ αὐτῶν ἀπαναλῶσθαι· τὸ δ' ὑπολειπόμενον κοῦφόν τε γίγνεσθαι καὶ χαῦνον καὶ λεπτομερὲς καὶ εὐδιοίκητον. ὅτι δὲ οἱ θερμοὶ καὶ πρόσφατοι τροφιμώτεροι τῶν ψυχρῶν εἰσὶ καὶ τῶν παλαιῶν, δῆλον. ἡ γὰρ θερμότης αὐτῶν συλλαμβάνεται τῇ πέψει.

deinde contriti iterum aſſantur. contingit enim, ut excalefacti, et admodum confuſi, multo magis ex attritu fundantur, et diſſoluantur. ſed cum tales ex ſecunda aſſatione ſint redditi, quod valens eſt in eis conſumtum fuit: quod vero reſtat, et leve, et laxum, et tenuium partium fit, et facile diſtribuitur. Iam vero calidos recenteſque panes valentius nutrire, quam frigidos, et veteres, eſt perſpicuum: ſiquidem caliditas quoque concoctionem adiuuat.

ΚΕΦ. ια.

Περὶ κριθῶν. Ἐκ τῶν Ἀθηναίου.

Τῶν κριθῶν αἱ μὲν γυμναὶ καὶ ἄφλοιοι, πολύχυλοί τε εἰσὶ καὶ πολύτροφοι, συνεγγίζουσαι τοῖς πυροῖς μᾶλλον τῶν ἄλλων. ἐχόμεναι δὲ τούτων εἰσὶν αἱ δίστιχοι, 22) ἔλαττον ἔχουσαι τῶν πυρῶν ἀποκάθαρμα τῶν μονοστίχων.

De hordeo. Ex Athenaeo. Cap. 11.

Hordeum aliud nudum eſt, et expers corticis, et multi ſucci eſt, ac valde nutrit, idque propius ad triticum, quam aliud, accedit. aliud vero ſecundum eſt, quod ſpicas habet, binis granorum verſibus conſtantes. quod etiam minus habet excrementi, quam triticum, quod ſpicam habet, quae ex unico granorum conſtat ordine.

ΒΙΒΛ. Β. ΚΕΦ. νη.

Ξενοκράτους 23) περὶ τῆς ἀπὸ ἐνύδρων τροφῆς.

Πεποίηται μὲν ἡ νιχάλεα 24) φύσις σιτίων 25) ἄθυρμα 26) ταῖς εὐτραπέζοις ἀπολαύσεσι· μέγα δ' ὄφελος κἂν ταῖς καθ' ὑγείαν

Ex Xenocrate de alimento, quod ex aquatilibus exiſtit. Lib. II. Cap. 58.

Natantium natura cibus extitit, qui in conviviis ſplendidis in delitiis eſt habitus: ac magnum quoque ad ſalubrem victus rationem uſum praeſtitit. Diffe-

---

(22) Plutarch. de plac. Philos. T. II. p. 906. memorat κριθὰς διστίχους καὶ τριστίχους.

(23) De eo vide Fabrio Bibl. Gr. Vol. IX, 453. ſeqq. et XIII, 452.

(24) Νιχάλεος nihil notat. Eſt vero ab νήχομαι. Ergo, νηχάλεα. Nullibi tamen hoc inveni. Dubius ergo ſum, utrum νηχάλιος, an νηχάλεος, an νηχαλαῖος probandum ſit. Certe poëticum vocabulum eſt, a quo medicus in oratione ſimplici et didactica ſe abſtinere debebat.

(25) Cod. σιτίον.

(26) Etiam hoc h. l. poëticum Sed haec obiter. Hujusmodi ἀθύρματα ingenii his noſtris temporibus, etiam in libellis philoſophicis, quae nihil nisi perſpicuitatem, elegantiam, ſubtilitatem, et brevitatem poſtulant, laudantur, praeſertim apud Pſeudo-Germanos, quos oportebat, antequam ſe ad ſcribendum darent, grammaticam et rhetoricam diſcere. Utinam iſti ſcurrae legiſſent Ariſtotelem! Mala haec omina ſunt proxime ingruentis barbariei.

διαίτας. ἐξαλλάγεονται δὲ παρὰ συγκρίσεις ἰχθύες. ἐπεὶ, οἱ μέν εἰσι σκληρόσαρκοι, οἱ δὲ ἁπαλόσαρκοι. καὶ σκληρόσαρκοι μὲν, φάργοι, συνόδοντες, βούγλωσσοι, καὶ οἱ πλατεῖς, ὡς φῦσαι, 27) ῥόμβοι· ἁπαλόσαρκοι δὲ, κίχλαι, κόσσυφοι, φυκίδες 28) καὶ ὅμοιοι, εὐδιαφόρητοι καθεστῶτες· μέσοι δὲ, ὀνίσκοι, 29) βάκχοι, σκιάδες. 30) ἔτι οἱ μὲν πετραῖοι, οἱ δὲ πελάγιοι. τροφιμώτεροι δὲ οἱ παρ᾽ αἰγιαλῶν ὄχθαις ἢ ὑδροχόων ἐκροαῖς, κακόχυλοι καὶ ἄστομοι. καὶ τὰ πελάγη δὲ διαφέρει. μέτριοι μὲν γὰρ οἱ κατὰ τὸν ἀδρίαν· οἱ δὲ κατὰ τὸ τυῤῥηνικὸν 31) ἡδύτατοι. καὶ ἔτι ἔαρος μὲν οἱ πλεῖστοι, διὰ τὸ ὠοτοκεῖν, ἀμείνους, ὡς τρίγλαι· θέρους δὲ, φάγροι τὲ καὶ συνόδοντες· φθινοπώρου δὲ, ἥπατος 32) παραιτητέος, κακόχυλος ὤν, κεστρίδαι 33) καὶ λάβρακες, τρυφερώτεροι· παρὰ δὲ ἡλικίας, οἱ μὲν βραχεῖς καὶ νέοι, εὔφθαρτοι· οἱ δὲ κητώδεις, δύχυλοι καὶ σκληροὶ καὶ κακοστόμαχοι· οἱ δὲ μέσοι, μέσως 34) εὐδιοίκητοι. Παρὰ δὲ τὰ μέρη διαλλάττουσιν, 35) ἐπὶ τοῖς οὐραίοις κινοῦνται γεγυμνασμένοι, εὔτροφοι, τρυφεροί· κατά τε τὴν νηδὺν, ἅτε λιπῶδες, ἐπιπολαστικοὶ, καὶ πρὸς ἐκκρίσεις εὔθετοι· κατὰ δὲ τὰ νῶτα, σκληρόσαρκοι· κεφαλαὶ δὲ πάντως

runt vero pisces ex ipsa compage; siquidem alii durae, alii mollis carnis sunt. ac durae quidem sunt carnis phagri, synodontes, buglossi, et lati, quales sunt phesae, et rhombi : mollem vero carnem habent turdi, merulae, phucae, et eiusmodi, qui facile digeruntur. Inter hos medii sunt aselli, bacchi, umbellae. Praeterea quidam saxatiles, quidam pelagii sunt. ac magis alunt, qui prope littora, quam qui aquaeductuum meatibus mali succi, et ori ingrati feruntur. Iam maria quoque in hac re differunt. sunt namque mediocres pisces, qui in Adriano, sed qui in Tyrrheno degunt, suavissimi: quinetiam verno tempore quamplurimi, quod oua pariunt, sunt praestantiores, ut muli : aestate vero phagri, et synodontes : autumno vero hepatus, qui, cum annum excedit, mali succi est. mugiles et lupi delicatiores sunt. Ex aetate vero parui et novi facile corrumpuntur : cetacei vero difficulter in succum commutantur, duri sunt, ac stomacho noxii : qui vero medium locum tenent, ii medio quoque modo ad distributionem sunt affecti. In partibus quoque differunt. nam in partibus, quae ad caudam sunt, cum motu exercean-

(27) Cod. φῆσαι. v. Aelian. hist. anim. XII, 13. ad quem locum vide Schneiderum, Virum eruditissimum et harum rerum peritissimum.

(28) Cod φοικίδες v. Aelian. l. l. XII, 28.

(29) Appellatur etiam ὄνος. v. Aelian. hist. anim. V, 20. etc.

(30) Forte σκιαδεῖς. Memoratur etiam σκίαινα.

(31) Cod. τυῤῥηνικὸν. Hujusmodi vitia innumerabilia, et in hoc, et in aliis Codicibus reperiuntur. Scilicet, expugnata Constantinopoli, fame coacti Graeculi sartores, sutores, fabri, fullones, funambuli, et alii ejuscemodi, profitebantur litteras, quorum exemplo excitati jam inde a triginta annis id imitantur homines vulgares inter Germanos, nec tamen in Graecis et Latinis, a quibus, tanquam a peste, abhorrent.

(32) v. Aelian. hist. anim. IX, 38. Mox Codex: παραιτηταῖος et ὤν.

(33) Hoc non memini legere, sed κεστρεύς. Ergo κεστρεῖς.

(34) Hoc paullo superius etiam legitur. Interpretor, εὐκατέργαστοι, *concoctu faciles*. Mox est, διεδιοίκητοι.

(35) Credo, ita legendum esse: οἱ γὰρ ἐπὶ τοῖς οὐραίοις κινεῖσθαι γεγυμνασμένοι.

διὰ τὸ ἁλμυρὸν καὶ λιπῶδες, ἄτροφοι καὶ δυσδιοίκητοι. πάνυ δ' εὐέκκριτοι μαραυγέαι 36) τε καὶ πάγουροι, καὶ 37) μάλιστα τριγλῶν. παρὰ δὲ σκευασίας, ὀπτοὶ μὲν τροφιμώτεροι, δυσδιαχώρητοι δέ· ἑφθοὶ δὲ, ὀλιγότροφοι, ῥᾷστα διαχωροῦντες. καὶ θαλάσσιοι μὲν εὔστομοι, εὐκάρδιοι, πρὸς ἀναδόσεις ῥᾷστοι, πλαδαρᾶς καὶ μαλθακῆς σαρκὸς ποιητικοί· ποιοῦσι γὰρ εὐχρόους· αἵματος γόνιμοι 38), λαπακτικοὶ 39) γαστρός· ποτάμιοι δὲ καὶ λιμναῖοι, κακοστόμαχοι, παχυμεροῦς ὕλης δραστικοὶ, δυσδιάκριτοι, ὥτινες 40) οὐκ ἀπᾳδίουσι τῆς θαλαττίας ὕλης, καθάπερ ὁ νειλαῖος 41) κορακῖνος, καὶ ἐν ῥήνῳ 42) πέρκη, καὶ ἐν τήβουρι 43) λάβραξ, ὅς ἐστι ἐπεστιγμένος. 44) καὶ ὁ ἀννίων, λίμνη τε κατὰ Φαλερνοοῦς, ὁμοφυεῦς ἰχθύος. εὔχυλον γὰρ καὶ εὐπρόσφορον ἡ ἐκεῖ δίδωσι δίαιτα. Πάντων δὲ προκριτέον ἰχθύων τούς τε

tur, bonum alimentum afferunt, ac delicati ſunt: in iis vero, quae ad ventrem pertinent, cum pingues fuerint, tum fluitant, tum vero ad excretiones rite ſunt affecti. in dorſo vero, dura caro eſt: at capita omnino propter falſum humorem, et pinguedinem non nutriunt, et difficulter diſtribuuntur. at facile admodum excernuntur maraugiae et paguri: ſed maxime omnium muli. Ex apparatu, aſſi magis nutriunt, ſed difficilius tranſeunt. elixi vero parum nutriunt, ſed faciliſſime deiiciuntur. itemque marini ori ſuaves, apti ſtomacho, facillimi ad diſtribuendum, flaccidas, ac molles carnes faciunt. nam et coloratos faciunt, et ſanguinem creant: aluumque ſubducunt. At fluviatiles, et qui in ſtagnis degunt, ſtomacho noxii ſunt, craſſam materiam faciunt, difficulter excernuntur. et nonnulli non ſunt marinae materiae expertes, ut coracinus, qui in Nilo naſcitur, et perca in Rheno, et in Tyberi lupus, qui eſt ſubſignatus. itemque Annienis, paluſque in Phalernis, eiuſdem naturae piſces gignunt. nam pabulum, quod illic eis ſuppetit, et boni ſucci eſt, et valde accommodatum. Ex omnibus vero piſcibus anteponendi ſunt

(36) Rasarius: *maraugiae*. Nullibi hoc reperio Prorsus diversum est, ἡ μαραυγία. v. Galei opusc. myth. p. 681 ὥσπερ γὰρ τὸ λαμπρὸν φάος μαραυγίαν (*caecitatem quandam, impeditum oculorum uſum*) περιτίθησι τοῖς ὀφθαλμοῖς. Ex Plutarcho laudatur etiam μαραυγᾶν. Fortasse ergo piscis iste ita appellatur, quod hebetiores habet oculos.

(37) Rasarius voluit, ut ex ejus interpretatione discitur: καὶ πάντων μάλιστα τρίγλαι.

(38) Cod. γονίμου.

(39) Λαπάττειν exponunt ſensu medico κενοῦν. Erotian. etiam pag. 24. ἐλάπαξεν· ἐμάλαξεν. Ergo idem quod κενωτικὸς, μαλακτικός.

(40) Conjicio: ὧν τινὲς οὐκ. Mox καθάπερ ſolum in margine legitur.

(41) Ex correctione. Antea junctim: ὀνειλαῖος. Pueriles hi ſunt errores. Mox κορακῖνος ſcribendum. v. Oppian. Halieut. 1, 33. Aelian. et alios.

(42) Cod. ῥίνῳ.

(43) Rasarius: *Tyberi*. Forte, τίβερι, aut, θύμβρι.

(44) Rasarius: *itemque Annienis, paluſque in Phalernis, ejusdem naturae pisces gignunt*. Ut ego dedi, Codex ad litteram exhibet. Ergo etiam Φαλερνοοῦς. Forte ἀνίων, vel ἀνίης vel ἀνίηνος, et, Φαλερνοῦς.

ἁβρέμους καὶ περιπιμέλους, εὐχύλους τε καὶ συμμέτρους. 45) τῶν δὲ ἰχθύων ἃ μὲν ἐστι νηχάλεα, 46) ἃ δὲ σελάχη, τὰ δὲ μαλάκια, τὰ δὲ ὀστράκια, ὧν αἱ ποιότητες. ἄφυα 47) βραχύτατόν ἐστι, συναγελαστικὸν, λοπάσι σκευαζόμενον. ἀλώπεκες 48) ἵππουροι, θρίσσαι, λέρος, 49) ἐκ πελάγους φεύγουσιν εἰς ποταμὸν, εὔχυλα, οὐκ εὐστόμαχα, δύσπεπτα, ὀλιγότροφα· ἀχάρνης 50) σκληροφυὴς, δύσφθαρτος, οὔτ' εὐστόμαχος, οὔτ' εὔχυλος· βελῶναι, 51) ῥάμφος κερατῶδες, οὐκ εὐστόμαχοι, κακόχυλοι, ἄτροφοι, εὔφθαρτοι. βῶκες, 52) ἰουλίδες, τράχουροι, πρὸς ἐνίων σαῦροι καλούμενοι, χάννοι 53) καὶ πᾶν τὸ τηγάνῳ ἁρμόζον, εὔστομον, οὐκ εὐστόμαχον, εὔφθαρτον, ἐπιπολαστικὸν κοιλίας, ἄτροφον. ἐρύθρινος, εὔστομος, στατικὸς κοιλίας, σκληροπαγὴς, τρόφιμος, ἐντατικὸς πρὸς συνουσίας, εἴ τις αὐτὸν ἐν οἴνῳ πνίξας πίοι. θρανὶς ἢ ξι-

ii, qui virus non habent, et praepingves sunt, ac boni succi, et moderati. Caeterum ex piscibus alii natantes, alii cartilaginei, alii molles, alii testa operti. quorum exponendae sunt qualitates. Apua minimus est, gregarius, et in olla paratur. Alopeces, Hippuri, Thrissae, Lerusque ex mari in flumen confugientia, difficulter in succum mutantur, stomacho non conveniunt, difficulter concoquuntur, et exiguum alimentum praebent. Acharnes vero durae est naturae, aegre corrumpitur, nec est stomacho accommodatus, nec probum succum gignit. Belonae, quae rostri cornei sunt, ineptae stomacho, malique succi sunt, non nutriunt, facile corrumpuntur. Phocae, Iulides, Trachuri, qui Sauri ab aliquibus nominantur, et Canni, et caeteri omnes, qui sartagini conueniunt, ori quidem comedendo apti sunt, sed tamen stomacho non sunt idonei, et facile corrumpuntur, fluitant, ventrem non alunt. Erythrinus ori gratus, aluum sistit. durae compagis est, ad nutriendum valet: et ad res venereas excitandas, si quis eum vino suffocatum bibat, aptus est. Thranis, aut xiphias cetaceus est piscis, et in frusta secatur. ori autem ingratus est. Scaber, difficilis ad conficiendum, valenter nutriens, grave

(45) Rasarius: *moderati.* Immo: *nec nimis magni, nec nimis parui, mediocris et iustae magnitudinis.*

(46) Vide supra notam 24. Hic legitur νηχάλεα. ε tamen ob correctionem dubium.. Νη est etiam ex correctione. nam antea v. ad ἐστι retulerat, et scripserat ἠχάλ. Mox malim, ἐν ἰδίαις αἱ.

(47) Immo ἀφύη. v. Aelian. hist. anim. p. 56. et ad eum locum Schneiderum. Item Erotian. p. 48. et Galen. in Glossis p. 67. Alciphron p. 398.

(48) nimirum, θαλασσίαι.

(49) Etiam Rasarius: *Lerus.*

(50) Rasarius: *Acharnes.* Alii memorant, ἄχαρνος et ἀχάρνα.

51) Immo, βελόναι. Forte excidit, ἔχουσαι.

52) Rasarius: *Phocae.*

53) Immo χάνναι. v. Aelian. hist. animal. 4, 5.

φίας κητώδης ἐστὶ τεμαχίζεσθαι· 55) ἄστομος δ' ἐστι, ψαφαρὸς, δυσκατέργαστος, πολύτροφος, βρομώδης. διὸ μετὰ σινάπεως ἐσθίεται, καὶ λοπάσι. 56) κρεῖττον δὲ τὸ ὑπογάστριον. θύννος καὶ θυννὶς, κολίας, ὀρκύϊνος, 57) πηλαμὺς, σκόμβρος, οὐκ εὐστόμαχοι, κακόχυλοι, φυσώδεις, 58) ψαφαροὶ, δυσέκκριτοι, τρόφιμοι, ὧν τρυφερωτέρα ἡ πηλαμύς. ἄστομος δὲ καὶ ἄχυλος ὁ κολίας· ἡ δὲ θυννὶς ὑποτέτακται· δύσπεπτος δὲ ὁ θύννος. σειῶνες, 59) βραχυκέφαλοι, κτένες, χελιδόνες, οὐρανοσκόποι, γαλεοὶ, κύνες, καὶ οἱ ὅμοιοι, κακόχυλοι, βρομώδεις, ἀργῆς ὅλκιμοι 60) ὕλης γόνιμοι. εὐτράπεζοι δὲ σαργοὶ, μελάνουροι, κάνθαροι, εὐστόμαχοι, εὔχυλοι, εὐδιοίκητοι, τροφώδεις δὲ, καὶ πρὸς τὰς ἐκκρίσεις εὖ ἔχουσι. Σάλπαι, αἱ πελάγιαι, δριμεῖαι, εὔστομοι, δύσφθαρτοι, 61) δυσδιαχώρητοι, τροφώδεις, εὐέκκριτοι. αἱ δ' ἀπὸ αἰγιαλῶν, σκληρόσαρκοι καὶ κακόχυλοι, ἄστομοι. βούγλωσσοι, ψῆσσαι, σκληρόσαρκοι, δύσφθαρτοι, εὔχυλοι, εὐέκκριτοι.

olens. quam ob rem et cum ſinapi comeditur, et in olla paratur. ejuſque praeſtantior pars eſt imus venter. tynnus, et tynnis, colias, orycinus, pelamis, ſcombruſque, non apti ſtomacho ſunt. mali ſucci ſunt, flatum gignunt. ſcabri, difficiles ad excernendum, nutriunt: quorum valentiſſime nutrit pelamis: colias vero et ori ingratus eſt, et nullius ſucci: at tynnis ei ſubiicitur. tynnus vero difficulter concoquitur. Siones, brachycephali, pectines, chelidones, vranoſcopi, galei, canes, et qui ſunt generis eiuſdem, mali ſucci, et gravis odoris ſunt, ſegnem materiam trahunt, et gigunt. apti autem menſae ſunt ſargi, melanuri, canthari, ſuntque ſtomacho idonei, boni ſucci, ac facile diſtribuuntur. praeterea vero alunt, et apti ad excernendum. Salpae autem pelagiae acris ſunt ſaporis: ori gratae, difficulter corrumpuntur, difficulter ſeparantur, alunt, facile excernuntur. at quae in littoribus capiuntur, durae ſunt carnis, eſt mali ſucci, et ori inſuaves. bugloſſi vero, et paſſeres duram carnem habent, ac difficulter corrumpuntur: boni tamen ſucci ſunt, et facile excernuntur: glaucus, cum lupo: (eſt enim

54) Ariſtot. hiſt. anim. 6, 13. ἐρυθρινός. Ibi etiam χάννη memoratur.

Febricitantibus optima potio eft melicratum, aut oxymeli: quibus cordi eft accommodatum. aqua vero in febricitante omni morsu vacat: excretiones vero non admodum facit. aquae vero, in quibus aliquid maduerit, in quibus vis adftringendi ineft, non funt incommodae ventris perturbationibus, et valent etiam ad vomitus cohibendos: quibus mellis, et oxymelitis potio eft adversa. Mala vero dulcia, aeftivo tempore in tenues partes dissecta, in aqua macerentur, usque dum aqua colorem inde contrahat. Vel cydonia mala matura fecantur in partes, et fimiliter macerantur. quod vero ex malis fit, dandum praecipue eft iis, qui bilem vomunt: et quibus

66) Ergo quinto hic recurrit. Mox forte: ἀντιστραφήτω, id eft, ἀντιστρόφως κιρνάσθω.
67) Sic in marg. In textu, κρινάσθω.
68) Rasarius interposuit πόσις.
69) τάτε ἤρινα in textu linea fubnotata. Eorum loco in marg. legitur θερινήν.
70) In marg. ex Oribas. ad Euftath 4, 40. notatur τμηθέντα.
71) Rasarius videtur voluisse, ἕστ᾽ ἄν.
72) χοληνεσία memoratur ex Polluce p. 257. Ibi tamen etiam eft χολεμεσία, fcilicet ex χολη et ἐμεῖν. In Codice Auguftano Pollucis hic totus locus abeft
73) Poft τὰς huc refertur haec ad marginem notatio: Hic deeft quippiam, ut καταφερομένας, ut paullo poft habetur.

τὰς ἀπίους ἀποβρέχειν, ὅσαι στρυφναί τε καὶ γλυκεῖαί εἰσιν. οἰνωδέστατον μὲν οὖν πᾶν ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῶν ἀπίων ἀπόβρεγμα· δεύτερον, τὸ ἀπὸ τῶν μήλων κυδωνίων· ἥκιστα δὲ, τὸ ἀπὸ τῶν φοινίκων τῶν ὠμῶν. βέλτιον δὲ, τὸ ἀπὸ τῶν ἡμιπεπάνων. τὰ δ' ἁπαλὰ μύρτα βραχέντα γλυκὺ οἰνῶδες 74) μέν τι ποιεῖ· ἄδικτον δὲ καὶ λεῖον τὸ πόμα· ὁ δ' ἀπὸ τῆς ῥοᾶς χυμὸς οὐχ ἥκιστα μὲν τῶν προειρημένων ἐστὶν οἰνωδέστατος· λεῖος δὲ καὶ οὗτος ὁ χυμὸς, καὶ οὐδὲν ἔχων θερμόν. χρήσαιτο δ' ἄν τις τούτοις τοῖς ἀποβρέγμασι στρυφνοῖς εἰς τοὺς πυρετοὺς, ἀταράχους τε καὶ ἀσφαλεῖς, πρός τε τὰς κοιλίας τὰς καταφερομένας παντάπασι. τὰ δ' ἀπὸ τῶν οὔων 75) ἀποβρέγματα καὶ τῶν ἀπίων τῶν ξηρῶν καὶ τῶν μύρτων καὶ τῶν φοινίκων πάντα αὐτῷ 76) τὰ ἀποβρέγματα ἧσσον τὸ γλυκῶδες 77) ποιεῖ· χρήσαιτο δ' ἄν τις καὶ 78) τούτοις, οἷς οἶνος οὐ προσακτέος. ἀποβρέχεται δὲ καὶ τὰ γίγαρτα ἐριχθέντα· 79) μᾶλλον δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτῶν χρησιμώτερόν ἐστιν, ἐνεργότατον ὂν τῇ στύψει, καὶ οὐδεμίαν ἄλλην δριμύτητα, οὐδ' ὀξύτητα ἔχον. οἱ δὲ οἶνοι, οἱ μύρτινοι 80) τε καὶ ἀπὸ τῶν κηρίων, καὶ πυρῶν καὶ κριθῆς γινόμενοι, οὐδὲν ἀσθενέστεροί εἰσι τῶν ἀπὸ

fluit aluus. ſed ne mala aciditatem ullam habeant, diligenter conſiderandum eſt. Simili quoque modo pira ſunt maceranda, quae acerba, dulciaque ſunt. omne autem dilutum, quod ex piris conficitur, majorem vini facultatem refert. ſecundas in hac re fert id, quod ex malis fit cydoniis. minime vero, quod ex crudis palmulis paratur: eſtque praeſtantius id, quod ex ſemimaturis conficitur. Myrta vero tenera macerata paſſo, vinoſam quidem potionem, ſed tamen morſus expertem, et lenem faciunt. Succus vero, qui ex punicis extat, non minus, quam quae dicta ſunt, vinoſiſſimus eſt. eſtque hic quoque ſuccus lenis : et nihil habet caloris. atque hiſce dilutis, quae acerba ſunt, uti poterit quiſpiam in iis febribus, quae et turbationis expertes, et tutae ſunt: et omnino in iis, quos citata aluus exercet. Diluta vero, quae a ſorbis, piriſque ſiccis, et myrtis, itemque palmulis fiunt, minus ſtrigmenti modo craſſa ſunt. uti his poterimus in iis, quibus vinum non eſt dandum. acini quoque uvarum conſciſſi macerantur: ſed eorum decoctum eſt utilius: quod aſtringendo eſt efficaciſſimum: nec ullam aliam acrimoniam, neque aciditatem habet. Vina vero, quae ex myrtis, favis, tritico, et hordeo fiunt, nihilo im-

74) οἰνῶδες linea ſubnotatum, et in marg. ex Oribas. ad Euſtath 4, 40. notatur οἴνῳ, ἀηδές. Mox malim: ἄδηκτον, et verſ. 4. τ. μ. τῶν κυδ.

75) περὶ οὔων v. Dioscor. I, 173. p. 82. Theophraſt. hiſt. plant. p. 191.

76) Forte, πάντα αὐτῶν.

77) Sic in textu, linea tamen ſubnotatum. In marg. γλοιῶδες, quod aliquoties ſuperius lectum eſt.

78) Forte ἐν interponendum. Alibi ἐπὶ τούτων occurrit.

79) De ἐρίκειν et ἐρείκειν ſupra monitum.

80) Dioscor. I, 36. p. 338. μυρτίτην οἶνον appellat. Mox malim: καὶ οἱ ἀπὸ

τῆς σαφυλῆς, ἀλλὰ πολλῷ βραδύτεροί τε καὶ χείρους. οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν φοινίκων τὲ καὶ σύκων, ἐν ἀρχῇ μὲν οἰνοποτηθέντες, τῷ γλυκεῖ οἴνῳ παραπλήσιοι γίνονται τῇ γεύσει· τῇ δὲ δυνάμει πολλῷ χείρους καὶ βαρύτεροί τε καὶ δυσκατεργαστότεροί εἰσι. παλαιούμενοι δὲ γίνονται τῷ αὐστηρῷ οἴνῳ παραπλήσιοι κατὰ τὴν θερμασίαν τὲ καὶ δύναμιν.

ΚΕΦ. λβ.

Ἐκ τῶν Φιλοτίμου. 81) Περὶ πόσεως τῆς μετὰ τὸν σῖτον καὶ πρὸ τοῦ.

Ἐν τῷ τὸ ποτὸν ἀθροῦν πίνειν μετὰ τὸν σῖτον, τὸν σόμαχον εὐρύτερον γίνεσθαι, καὶ μάλιστα τὸ ἄνωθεν, 82) καὶ τὴν κοιλίαν διατείνεσθαι, καὶ τὴν βροχμὴν 83) ἅμα συμβαίνειν τῶν σιτίων, καὶ τὴν διάχυσιν παρασκευάζει, καὶ τά, τε σόμα, καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν βρόγχον καὶ τὴν κοιλίαν θερμαίνει. τοῖς δὲ νύκτωρ ψυχρὸν πίνουσι καταψύχει τούς τε πρότερον εἰρημένους τόπους πάντας, καὶ τὴν τροφὴν 84) ἐκ μὴ μάλιστα οὖσαν τοῦ θερμαίνεσθαι, καταψύχει, καὶ τὴν ἕψησιν κωλύει, καὶ τὴν τροφὴν ζέουσαν καὶ τὰς ἐν αὐτῇ πομφόλυγας γιγνομένας ταπεινοῖ, καὶ καθίστησιν εἰς ἕδραν, καὶ τὴν διαλελυμένην καὶ τετηκυῖαν 85) τῆς τροφῆς ποιεῖ παχυτέραν. ἐν δὲ τῷ νήστῃ 86) ψυχρὸν πιεῖν, τούς τε εἰρημένους τόπους καταψύχεσθαι, καὶ ταχέως, καὶ πλεῖστον ὑγρὸν μάλιστα αὐτῷ καὶ τεθερμασμένον, ἧττον ἐκ τῆς κοιλίας ἀναδίδοσθαι, καὶ τὸ φλέγμα, τὸ ἐν τῇ κοιλίᾳ, παχύτερον ποιεῖ. 87) ἐκ δὲ τῶν ταλαι-

becilliora ſunt, quam quae ex uva conficiuntur: ſed multo tardiora, peioraque ſunt. at quae ex palmulis et ficubus ſiunt, cum in principio bibuntur, ſimilia dulci vino guſtantibus videntur: at facultate multo deteriora, et graviora, et ad conficiendum difficiliora. cum vero inveteraſcunt, ſimilia vino auſtero, et calore, et facultate redduntur.

Philotimi, de potione, quae ante, & quae poſt cibum datur. Cap. 32.

Cum poſt cibum potus confertim ſumitur, uſu venit, ut ſtomachus, et praeſertim ſuperior, fiat latior: venter extendatur, cibi madeſcant, et parentur, ut diffundi queant, os, partes capitis, guttur, et venticulus caleſiant. Qui vero nocte frigidam bibunt, iis omnia praedicta loca refrigerant, et alimentum, quod non longe aberat, ut caleſieret, perfrigerat, et coctionem impedit: alimentumque feruens, et bullas in eo iam excitatas deprimit, atque deponit: facitque, ut quieſcat: partemque alimenti iam diſſolutam et eliquatam, reddit craſſiorem. Si quis vero frigidam iejunus bibat, in eo quoque eadem loca perfrigerari, et cito, et plurimum humorem, et calefactum minus ex ventre in corpus diſtribui: et pituitam, quae ventriculo contine-

81) Idem index legitur etiam in principio Codicis.

82) Nimirum, μέρος τοῦ σομάχου.

83) Hoc nullibi legi. Forte βροχή, a βρέχω. Mox malim: παρασκευάζειν — θερμαίνειν, addito, ab initio, συμβαίνει.

84) Ita Codex. Rasarius videtur conjecisse: μὴ μακρὰν οὖσαν.

85) ἤδη μερίδα hic videtur voluisse interponere Rasarius.

86) Credo νῆστιν. Nam τῷ pertinet ad πίνειν.

87) Idem, quod, ἀπὸ τῶν ταλαιπωριῶν, aut, μετὰ τὰς ταλαιπωρίας.

παριῶν, καὶ λουτρῶν, καὶ πυρετῶν τοῖς πίνουσιν ἥ τε ἀνάδοσις τῶν ὑγρῶν τάχιστα γίνεται, καὶ τὴν μίξιν ἧττον ἴσχει, καὶ τῇ 88) κατὰ τὰς φλέβας τροφῇ, καὶ τὸ στόμα, καὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τὸν στόμαχον, καὶ τὴν κοιλίαν μάλιστα ψύχεται, καὶ τοὺς ἐν φλεψὶ χυμοὺς ἐπὶ βραχὺν χρόνον καταψύχει καὶ ποιεῖ παχυτέρους.

ΚΕΦ. λγ.

Σκευασία ῥοσάτου. 89)

Καθαρὸς 90) ὢν ἀπὸ μολυσμοῦ, ῥόδα ἐξονυχίσας, 91) βάλε εἰς οἶνον προπάλαιον, 92) ὅσα βούλει, μὴ ἀθρόως, ἀλλὰ κατὰ μέρος, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν κίνει καλάμῳ ἄκρῳ, ἵνα μέχρι τοῦ πυθμένους τοῦ ἀγγείου ἐφικνῆται, καὶ πωμάσας 93) ἀκριβῶς, ἵνα μὴ διαπνέηται, ἔα τριάκοντα ἡμέρας, μεθ' ἃς διϋλίσας τὸν οἶνον βάλλε εἰς πέντε ξεστὰς μέλιτος ξέστην α. καλῶς τετριμμένου, καὶ ἐάσας ἡμέρας τριάκοντα, ἵνα καταστῇ, χρῶ.

Ἄλλως.

Σκευασία ῥοσάτου συνθέτου.

Ῥόδα ἐξονυχίσας βάλε ξέστας μέλιτος ϛ. καὶ ἔα ἐνιαυτόν. βάλε ἀπὸ τοῦ συνθέτου ῥόδω 94) λίτραν α. καὶ μέλιτος καθαροῦ λίτρας ε. καὶ λειώσας ἐπίχει οἴνου καλοῦ ξέστας ι.

tur, fieri craſſiorem contingit. iis vero, qui ex laboribus, balneis, et febribus bibunt, cum diſtributio humoris celerrime fit, tum mixtionem minus ſuſtinet: alimentumque, quod in venis eſt, et os, et vultum, et ſtomachum, et ventrem maxime perfrigerat: et ſuccos, qui venis continentur, parvo tempore refrigerat, ac craſſiores facit.

Roſacei confectio. Cap. 33.

Roſas purgatis ſordibus, et exſectis unguibus, in pervetuſtum vinum, quot velis, coniice. non tamen acervatim, ſed paulatim: ſingulisque diebus calamo, quod ad fundum vaſis pertineat, commoveto, ita tamen, ut ipſum diligenter obtures, ne fiat perſpiratio: et ſinito triginta dies. quibus lapſis vinum defecabis, et in quinque ejus ſextarios unum mellis ſextarium coniicies. itemque operculo probe concludes, et cum triginta dies ſic permiſeris, ut conſiſtat, utitor.

Eiuſdem alia compoſita confectio.

Roſis, exſectis unguibus, iniice mellis ſextarios ſenos: et per annum ita ſinito. tum hujus compoſiti cape lib. unam, mellis puri lib. quinque, eiſque omnibus laevigatis vini optimi ſextarios decem affunde.

88) Forte: τὴν — τροφήν.
89) Sic etiam in principio Codicis in capitum indicibus, et hic paullo inferius. *Roſatum* apud Latinos etiam obtinet. Dioscor. V, 35. p. 338. appellat οἶνον ῥοδίτην.
90) De homine hoc dicitur, qui rosatum praeparat, non de rosis. Miror ergo Rasarium.
91) Accurate de ἐξωνυχισμένοις ῥόδοις exposuit eruditissimus Niclas ad Geopon. p. 550.
92) Utitur hoc Synes. T. I. p. 96. νέοι καὶ προπάλαιοι. Caret hoc et pluribus aliis vocabulis, quae in his libellis occurrunt, Stephani thesaurus.
93) Fruſtra hoc vocabulum in Codice crucis ſigno notatum eſt. Eſt a πῶμα et πωμάζω, operio.
94) Sic. Forte, ῥοσάτου.

Ὑδρορο σάτον.

Μέλιτος καλλίςου λίτρας λ. ῥόδων φύλλων λίτρας ι. ὕδατος πηγαίου λίτρας ξ. ἕψει τὸ ὕδωρ ἕως βράσεως 95) καὶ κουφίσας τὸ 96) κακάβιν, βάλε τὸ ῥόδον, πωμάξας 97) τὸ κακάβιν ἕως τελείας πέψεως, καὶ ἑψήσας τὸ μέλι, χώρισαι ἀπαφρίσας καὶ διϋλίσας τὸ ῥόδον, μίξον τὸ μέλι τῷ ζέματι τοῦ ῥόδου.

Ἀλλο ῥοσάτον.

Οἴνου πρωτίου 98) λίτρας κα. μέλιτος λίτρας η. ῥόδων φύλλων λίτρας γ. καὶ βρέξας τὸ ῥόδον τῷ οἴνῳ ἡμέρας ιε. καὶ διϋλίσας ἐκ τοῦ οἴνου, ἕψε τὸ μέλι, καὶ ἀπαφρίσας, ἐνώσας 99) τῷ οἴνῳ βρόχω καὶ ἀναδήρας δεόντως ἔα.

Ῥοσάτον ἄλλο πρόσφατον.

Μέλιτος λίτρας ζ. οἴνου λίτρας κα. ῥόδων φύλλων λίτρας β. τρίψας τὸ ῥόδον δεόντως μίξον τῷ οἴνῳ ἐπὶ ἡμέρας β. εἶτα διϋλίσας τὰ φύλλα καὶ ἑψήσας τὸ μέλι ἑνώσας τὰ ἀμφότερα καὶ ἀναδήρας δεόντως ἔα.

Ἰάτον. 100)

Μέλιτος λίτρ. ζ. οἴνου λίτρ. κα. ἴων 1) δεσμίδια σμ. 2) φυλίσας ταῦτα βρέξον ἐν τῷ

Hydrorosatum.

Mellis optimi lib. 30. foliorum rosarum lib. 10. aquae fontanae lib. 60. coque aquam, donec ferueat, et ablato ab igni vase, rosas iniice. tum vas obturabis, donec perfecta sit facta concoctio. ubi coxeris, mel separatim coquendo spuma expurgabis, et defecatis rosis, mel decocto rosarum infunde.

Aliud rosaceum.

Vini, quod primum exprimitur, pondo 21. mellis pondo 8. foliorum rosarum pondo 3. rosae vino immadescant dies quindecim. tum e vino per colum traiicies, melque excoques, et spumam abiices: et vino, in quo rosae maduerint, addes: et probe obturata sic permittes.

Aliud rosaceum recens.

Mellis pondo 7. vini pondo 21. foliorum rosarum pondo 2. tritas, ut par est, rosas vino biduum admisceto. tum rosis excolatis, et melle cocto, utrumque commiscebis, et probe obturata dimittes.

Violaceum.

Mellis pondo 7. vini pondo 21. violarum manipuli 240. has in folia re-

95) A βράζω. Nec hoc est apud Stephanum.

96) τὸ κακάβιν. Ita bis hoc loco. Alibi scribitur κακάβη et κακκάβη. v. Alciphron. p. 288. Pollux p 620. 1282.

97) Immo, πωμάσας, uti paullo ante.

98) Conjicio: πρωΐου vel πρωΐμου. Vide Geopon. edit. Niclas. in indice πρώϊμον.

99) Ita ad litteram Codex. Forte, ἑνώσας τῷ οἴνῳ, βρόχῳ τε ἀναδήσας. Mox est, ἑνώσας, sed iterum ἀναδήρας. Ita quoque tertio et quarto.

100) Haud dubie ex ἴον, *viola*. Ergo potus ex violis.

1) A δεσμὶς, δεσμίδιον. Dicitur etiam δέσμη seu, ut alii scribunt, δεσμή. Schol. Theocrit. ad Id. IV vers. 18. ἡ δέσμη, ἤτοι τὸ δεσμάτιον.

2) Rasarius de φυλλίζειν videtur cogitasse, quod tamen non reperi. Videtur aliquid requiri; quod *concidere*, *comminuere*, aut, alique modo *purgare*, notet. Concidenda enim sunt ista δεσμίδια τῶν

ὄινω ἡμέρας λ. καὶ διϋλίσας τὰ ἴα ἕψει τὸ μέλι, εἶτα ἑνώσας τὰ ἀμφότερα καὶ ἀναδήρας δεόντως ἔα.

Χαμαιμηλάτον. 3)

Ὄινου 4) ἀσκαλωνίτου λίτρ. κα. μέλιτος λίτ. ζ. χαμαιμήλων κουκίων 5) ὀυγκ. ς. βρέχε τὰ κοκκία σὺν τῷ ὄινῳ ἡμέρας κ. καὶ διϋλίσας αὐτὰ, ἑψήσας τὸ μέλι καὶ ἀπαφρίσας, ἕνωσον, καὶ ἀναδήρας, 6) ἔα.

Κονδῖτον προτιστον ἐν κύστει λιθους. 7)

Μέλιτος ξέστην α. ὄινου ξεστία ε. πεπέρεως ὀυγκ. α. σαρξιφάγου 8) γράμματα δ. ναρδοστάχυος γρ. δ. καρπησίου 9) ζιγγιβέρεως, μειοῦ, 10) ἀσάρου, κασσίας, σίνωνος, πετροσελίνου, ἀκόρου, γεντιανῆς, δαύκου, ἀνὰ γρ. δ. τῷ ἀπηφρισμένῳ μέλιτι ἑνώσεις τὰ ξηρία 11) καὶ τῷ ὄινῳ, ἔα τὸ ἀγγεῖον ἡμέρας σι. πέψεως χάριν.

12) Κονδῖτον.

Μέλιτος λιτρ. ι. ὄινου πρωτίου 13) λίτρ. λ. πεπέρεως ὀυγκ. α. τρίψας τὸ πέπερι, μίξον

dacta in vino triginta dies macerabis. tum violis colo trajectis, mel coques. tum utrunque in unum compones, et obturata ita fines.

Chamaemelatum.

Vini ascalonitae pondo 21. mellis pondo 7. granorum chamaemeli unc. 6. grana vino diebus quinis macerato. iisque excolatis, mel coquito. et, abjecta fpuma, in unum omnia rediges, et obturata permittes.

Conditum ad lapidem in vesica frangendum.

Mellis fextarius, vini fextarii quinque, piperis uncia, faxifragi drach. quatuor, fpicae nardi tantundem, carpesii, zingiberi, mei, afsari, cassiae, finonis, petroselini, acori, gentianae, dauci ana drach. 4. ficca melle despumato et vino componantur: et vas, in quo posita fuerint, dies 210. ita finito, ut fiat concoctio.

Conditum.

Mellis lib. 10. vini prioris lib. 30. piperis unc. 1. piper contundendum eft,

---

ἴων. In mentem veniebat, ἀποφλοίσας, aut potius, φλοίσας, quod propius accedit τῷ φυλίσας. v. Theophr. hift. plant. p. 234. 540. Nisi malis διαλύσας τὰ δεσμίδια.

3) χαμαίμηλον, quod et ευάνθεμον et ἀνθεμὶς vocatur, memorat Galen. in Glossis p. 74. Gregor. Nyss. T. II. p 474. Apud Dioscor. III, 154 p. 235. legitur, λευκάνθεμον, ἠράνθεμον et alia etiam nomina.

4) De hac urbe v. Steph. de urbb. in hoc vocabulo. Chryfoft. T. VI. p. 297. B. Joseph. de bello Jud. p. 831. A. Hujus vini tamen nescio, num alibi facta fit mentio.

5) Ita Codex. Rasarius videtur maluisse κόκκων. Sic mox eft κοκκία. Cuci, arboris, fimilis palmae, meminit Theophr. hift. plant. p. 286. et Plin. H. N. XIII, 9, 18 Sed id alienum ab h. l.

6) Toties ergo hic occurrit, ἀναδήρας. Sed nec ἀναδαίρειν, nec ἀναδέρειν huc convenit. Rasarius conftanter *obturare*, reddidit. Sed nec ἀποθυρώσας probabile, nec ἀποκλείσας. Supra p. 83. 84. Rasarius πωμάζειν feu ἀποπωμάζειν reddidit, *obturare*. Succurrit ἀποθήκας, ἀποθησαυρίσας, τηρήσας.

7) Ita omnia in Codice. Conjicio: πρὸς τοὺς ἐν κύστει λίθους.

8) Sic in Codice. v. Plin. H. N. 20, 21, 30. Theophr. hist. plant. lib. V. c. 7. p. 694. Varia nomina habet. Latini *faxifragam* appellant.

9) Theophr. l. l. p 1010.

10) Alibi μᾶον et μῆον legitur. Paullo poft fortasse legendum, σίσωνος, loco σίνωνος. v. Diosc. III, 64. p. 200.

11) *Medicamenta arida*. v. Paul. Aegin. lib. VII. cap. 13. p. 275.

12) Hic videtur deesse: ἄλλο.

13) Vide paullo ante notam 98.

τῷ ὄινῳ, καὶ ἀπαφρίσας τὸ μέλι, ἕνωσον τῷ ὄινῳ καὶ ἀναδήσας, ἔα.

Ἀνισάτον. 14)

Μέλιτος λίτρας ι. ὄινου πρωτίου λευκοῦ λίτρ. λ. ἀνίσου ὀυγκ. ε.

Σχόινανθον. 15)

Πρὸς ιϛ. 16) κρόκου 17) ϛαθμοῦ ιβ. μαϛίχης γρ. ιϛ. τρίψας ταῦτα ἕνωσον τῷ ὄινῳ, καὶ ἀπαφρίσας τὸ μέλι, καὶ ἑνώσας ἅπαντα καὶ ἀναδήσας, ἔα.

Στυρακάτον.

Μέλιτος λίτρ. λ. ϛύρακος λίτ. α. ὄινου λίτ. ϛ. ἀπαφρίσας τὸ μέλι καὶ τρίψας τὸν ϛύρακα μίξον, καὶ μετὰ τοῦ ἀπηφρισμένου μέλιτος ὄντος ἐν τῇ θυίᾳ μίξας τὸν οἶνον, ἀναλαβὼν τῇ χειρί σου χρῶ.

Ἀψινθάτον.

Ἐις τοὺς ν. ξέϛας τοῦ ὄινου βάλε κόϛου ὀυγκ. ἥμ. φύλλου ὀυγκ. ἥμ. ἀμώμου ὀυγκ. ἥμ. κασίας ὀυγκ. ἥμ. μέλιτος ξέϛας ι. καὶ ἀψινθίου τὴν βοτάνην ἀπέβρεξον εἰς οἶνον ὀλίγον. καὶ τοῖς προειρημένοις ἐπίχει τοσοῦτον τοῦ ἀποβρέγματος, ὅσον γευομένῳ σοι καλῶς φανῇ.

ΒΙΒΛ. Σ. ΚΕΦ. α.

Περὶ κατακλίσεως. Ἐκ τῶν Ἀντύλλου. δ. λέγου τῶν ποιουμένων βοηθημάτων.

Τοῖς μὲν ὀξέως νοσοῦσι κατακεκλίσθαι συμφέρει· κοποῦσθαι γὰρ οἱ οὕτω κάμνοντες οὐ δέονται. τοῖς

vinoque admiscendum. tum mel despumatum cum vino compones, et obturata fines.

Anisatum.

Mellis lib. 10. vini prioris albi lib. 30. anisi unc. 5.

Ex junco odorato.

Ad drach. 16. junci odorati adde croci pondera 12. mastiches drach. 16. haec omnia contrita vino compones: melque despumabis, et omnia simul miscebis, obturabisque, et ita permittes.

Styracatum.

Mellis lib. 30. styracis lib. 1. vini lib. 6. mel despumato, styracem terito, commisceto. et cum melle despumato vinum in mortario misceto, et manu tua excipiens utitor.

Absinthite.

Ad vini sextarios quinquaginta injice costi, folii, amomi, cassiae singulorum semissem, mellis sextarios decem: et absinthium herbam pauco vino macerabis, et praedictis rebus tantum ejus diluti affunde, quantum tibi gustanti rite confectum esse videatur.

De decubitu. Ex Antylli quarto libro, de auxiliis, quae fiunt. Lib. VI. Cap. 1.

Decumbere autem confert iis, qui acuto morbo detinentur: quoniam, qui

14) Hoc loco Codex: ἀνισάτον, et mox, ἀννίσου.

15) Ex σχοῖνος et ἄνθος, nisi σχοινάτον scripserint. De σχοῖνον v. Niclas ad Geopon. p. 82. 430. 444.

16) Vide Rasarium.

17) Forte, ϛαθμοὺς. Paulo post vers. 15. forte: ἀναβαλὼν τῇ χειρί.

δὲ χρονίως ἀῤῥωςοῦσι κατὰ τὰς ἐπισημασίας μόνον κατακλίνεσθαι συμφέρει· ἐν δὲ τοῖς διαλείμμασι, καὶ κινεῖσθαι οὐδὲν κωλύει, μοχλίας δεομένοις καὶ ποικίλων ἐρεθισμῶν. τὸ δὲ σχῆμα τῆς κατακλίσεως, τῶν μὲν περὶ τὴν κεφαλὴν πεπονθότων, ἀνάῤῥοπον ἔςω, πλὴν τῶν φρενητικῶν. τὸ γὰρ ὕπτιον ἐπὶ τούτων αἱρούμεθα σχῆμα, διότι τὸ ἀνάῤῥοπον ταρακτικόν πως ἐςι. καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν θώρακα δὲ συμβαινόντων ἐπιτήδειος ὑψιλὴ κατάκλισις· ἐπὶ δὲ δυσεντερικῶν καὶ κοιλιακῶν καὶ τῶν περὶ τοὺς κενεῶνας, τὸ ὕπτιον ἁρμόζει. ἐπὶ δὲ γονοῤῥοίας καὶ σατυριάσεως καὶ νεφρίτιδος, ἐφ' ὁποτερονοῦν τῶν πλευρῶν κατακλίνεσθαι συμφέρει. ἡ μὲν γὰρ γονόῤῥοια καὶ σατυρίασις παροξύνεται θερμαινομένων τῶν τόπων, ἐπειδὰν ὕπτιοι κατακλίνωνται· ἡ δὲ νεφρῖτις, θλιβομένης τῆς ὀσφύος τούτῳ τῷ σχήματι. ἐπὶ δὲ τῶν ἀτροφούντων καὶ βραδυπεπτούντων, ἐπὶ τὸ ἀριςερὸν σύμφορος, ὡς ἂν περιπτυσσομένου τῇ 18) γαςρὶ τοῦ ἥπατος καὶ θάλποντος αὐτήν. ἐν μέντοι ταῖς σκιῤῥώδεσι διαθέσεσι τοῦ ἥπατος, καὶ ταῖς ἐξογκώσεσι, καὶ ταῖς φλεγμοναῖς ταῖς ἀποςατικαῖς, ἡ ἐπὶ τὸ δεξιὸν κατάκλισις ἀμείνων, ὥσπερ γε σπληνὸς, ἐν τοιαύταις διαθέσεσιν ὄντος, ἡ ἐπ' αὐτὸν κατάκλισις βελτίων. ἐπὶ δὲ ςρόφου καὶ εἰλεοῦ καὶ τῶν περὶ τὸ κῶλον διαθέσεων τὸ μέσον τοῦ τε ὑπτίου καὶ τοῦ ἐπὶ τὸ ἀριςερὸν ἁρμόζει. παραφυλάξαι δὲ ἐπὶ τῶν κωλικῶν 19) παρηγοροῦν αὐτοὺς, τὸ ἀνάῤ-

ita laborant, lassari non debent. qui vero diuturnis morbis sunt correpti, solum confert decumbere, cum urget accessio. at in intervallis, etiam moveri nihil prohibet: cum motione, et variis quoque excitationibus indigeant. Figura autem decubitus eorum, quibus caput laborat, in sublime vergat, praeterquam in phreneticis, quoniam in eis humilem atque inclinatum decubitum volumus: quia decubitus in sublime elatus, quodammodo eos perturbat. Praeterea iis, quae in thorace accidunt, sublimis decubitus est accommodatus. In dysentericis vero et coeliacis decubitus convenit ad ilia inclinatior. In gonorrhoea, satyriasi, et renum dolore, in utrumuis latus decumbere potest. nam gonorrhoea, et satyriasis exacui, exacerbarique solent locis excalfactis: cum in reclinato decubitu manent. renum dolor tum exacerbatur, cum lumbus ea figura comprimitur. iis autem, qui non nutriuntur, quique tarde concoquunt, in sinistrum latus utile est decumbere, ut jecur ventriculo circumfusum eundem calefaciat: in scirrhosis vero jecoris affectionibus, et tumoribus et inflamationibus contumacibus, in dextrum latus decumbere est melius: quemadmodum si lien eisdem malis correptus sit, in eum decumbere satius est. sed in torminibus intestinorum, et in ilei, atque coli affectionibus, medius inter supinum et sinistrum convenit. Cavendum autem est in colicis, ne illorum dolorem mitigemus, a pedibus decubitum altiorem facientes: cum hic decubitus et caput, et instrumenta sensuum repleat. praeterea, quos ventris

18) Forte, τὴν γαςέρα.

19) Haec leviter corrupta sunt. In παραφυλάξαι intelligitur δεῖ, ut saepe alibi. παραφυλάξαι refertur ad τὸ ἀνάῤῥοπον σχῆμα. παρηγοροῦν mihi dubium est. Forte, τὸν παρηγοροῦντ'. Ergo constructio: τὸν δὲ παρηγοροῦντα φυλάξαι δεῖ τὸ ἀνάῤῥοπον σχῆμα.

ῥόπον ἐκ τῶν ποδῶν σχῆμα· πρηνὲς 20) δὲ σχῆμα συμπληρωτικὸν μὲν κεφαλῆς καὶ τῶν αἰσθητηρίων· τοῖς δὲ τὴν κοιλίαν αὐτὴν ὀδυνομένοις ἢ κατεψυγμένοις, οὐκ ἀνάρμοστον τὸ σχῆμα τοῦτο.

dolor, aut ejusdem frigus vexat, eis quoque talis figura decumbendi non est accommodata.

ΚΕΦ. β.

Περὶ ἡσυχίας. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Οἷς δὲ ἡ κατάκλισις ἁρμόζει, τούτοις καὶ ἡ ἡσυχία καὶ 21) ἠρεμία. μάλιστα δὲ ἁρμόζουσιν ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν ἐπισημασιῶν, καὶ ταῖς ἀναβάσεσιν, ἐπί τε τροφῇ προσφάτως 22) εἰλημμένῃ, καὶ πρὸ ὕπνου δὲ μέλλοντος ἁρμόδιος ἡσυχία.

De quiete. Ex eodem libro. Cap. 2.

Quibus decubitus, iis etiam quies et tranquillitas convenit: ac praecipue quidem in principiis accessionnm, itemque incrementis, et post cibum nuper sumptum, et cum quis dormire cogitat, apta est quies, atque tranquillitas.

ΚΕΦ. γ.

Περὶ ἀσιτίας. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Πλῆθος συστεῖλαι καὶ σαρκῶν καὶ αἵματος, ἄπεπτα 23) σιτία πέψαι, πληρώτητα κενῶσαι, ῥεύματι ξηράναι, μάλιστα διὰ πλῆθος γινόμενα, ἔτι 24) παρηγορεῖ πλαδούς· 25) παρηγορεῖ δὲ καὶ ὀδύνας αὐτὰς ἀπὸ δριμύτητος γινομένας· ἀλλὰ 26) τὰς διὰ πλήθους ἐντάσιν.

De aegroto abstinendo. Ex eodem libro. Cap. 3.

Abstinendus aeger est, cum carnis et sanguinis copiam contrahere volumus, itemque cibos incoctos coquere, plenitudinem evacuare, defluxiones siccare, easque praecipue, quae ex plenitudine oriuntur: quae res madores quoque mitigat. sed et dolores ipsos lenit, quos acrimonia excitavit: qui vero ex plenitudine oriuntur, eos irritat.

ΚΕΦ. ε.

Ἐκ τοῦ δ. λόγου τῶν ποιουμένων. 27) Περὶ τῆς ἐξ ὕπνου ὠφελείας. Ἀντύλλου.

Ὕπνος ἀνίησι τὰ συντεταμένα, καὶ μαλάττει τὰ ἐσκληρυμμένα, καὶ χεῖ τὰ συνεστῶτα,

Antylli, de utilitate, quam somnus affert. Ex quarto libro auxiliorum, quae fiunt. Cap. 5.

Somnus remittit, quae tensa sunt, emollit indurata, fundit cohaerentia,

20) πρηνὲς in margine explicatur: τουτέστιν, εἰς κεφαλήν.

21) In hoc Codice semper reperitur ἠρεμεῖν et ἠρεμία.

22) In Codice est: ἤδη μένη, sed litterae δ. inscriptum λ. Correxi ergo, ut edidi.

23) Forte hic inserendum τε. Mox forte, ῥεύματα.

24) Forte, ὅτι.

25) Erotian p. 40. habet πλάδος. Vide Foesii Oecon. Hippocr. in hoc vocabulo. Dioscor. I. 21. p. 19. στομάχου πλάδον καὶ ἀτονίαν καὶ καύσωνα παρηγορεῖ.

26) Μὴ interponendum videtur.

27) Supra cap. 1. additur βοηθημάτων. Sic et cap. 21. hujus libri et alibi.

καὶ τὰ ἀνώμαλα εἰς ὁμαλότητα καθιστᾷ, ἔτι τε τοὺς κλόνους καὶ τὰς ψυχικὰς ταραχὰς καθίστησι, καὶ τὸ πνεῦμα ὁμαλύνει, καὶ ῥεύματα ἵστησι, παχύνων τὰ ἐν τῷ σώματι ὑγρά. καιρὸς δὲ ὕπνου, ἐν μὲν τοῖς διαλείπουσιν, ὁ τῆς ἀνέσεως· εἰ δὲ ἐπιμήκης ὁ παροξυσμὸς εἴη, ὅ, τε τῆς ἀκμῆς, καὶ ὁ τῆς παρακμῆς ἐπιτήδειος· ὁ δὲ τῆς ἀρχῆς ἀλυσιτελέστατος· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ πρὸ τῶν παροξυσμῶν ἀνεπιτήδειος. ἐν τῇ ἐπιδόσει, εἰ μὲν βραχεῖα τυγχάνει, οὐκ ἐπιτρεπτέον ὕπνον· εἰ δ' ἐπιμήκης, εἰ μὲν μετὰ μέσην ἡμέραν γίγνοιτο 28) τῆς ἐπιδόσεος, κωλυτέον. φύσει γὰρ πᾶς ὕπνος δειλινὸς κακός. εἰ δὲ μετὰ μέσην νύκτα, καὶ μάλιστα περὶ τὸν ὄρθρον, μεσοῦσά πως ἡ ἐπίδοσις τύχοι. συγχωρητέον δὲ τοῖς συνεχέσι. νὺξ μὲν ἡμέρας ἐπιτηδειοτέρα· νυκτὸς δὲ ἔτι βελτίω τὰ μετὰ τρίτην ὥραν, καὶ μάλιστα τὰ τελευταῖα· τῆς δὲ ἡμέρας, ὅ, τε ὄρθρος, καὶ μέχρι μέσης ἡμέρας.

inaequalia ad aequalitatem perducit. itemque quassationes, et animi turbationes sedat, spiritum lenit, defluxiones sistit, humores, qui sunt in corpore, crassos faciens. Somni vero tempus in morbis intermittentibus est, cum fit remissio. quod si longior fit accessio, tunc et status, et declinationis tempus accommodatum est. at tempus principii est inutilius. atque etiam minime aptum est id, quod accessiones antecedit. In incremento vero, si breve fit, non est in eo refugiendus somnus: at si longius, atque post medium diei fiat, tunc est prohibendus. suapte enim natura omnis vespertinus somnus est malus. verum, si post mediam noctem, et praesertim circa diluculum, medium quodammodo incrementi contingat, permittendum est, ut continuo dormiatur. nox autem est die aptior. in ipsaque nocte, accommodatiora sunt ea, quae post horam tertiam sunt, et praesertim ultima. in die vero, diluculum, et pars usque ad meridiem, caeteris praestant.

ΚΕΦ. ϛ.

Περὶ ἐγρηγόρσεως. Τοῦ αὐτοῦ. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἐγρήγορσις πλῆθος διαφορεῖ, καὶ τὰ ἐν κοιλίᾳ ὑποβιβάζει, καὶ πρὸς τὴν κάτω διέξοδον εὐτρεπίζει, καὶ νωθρότητα διαλύει, καὶ βάρος ἀποικονομεῖ, καὶ τὰ ἐκλελυμένα ἐπιστρέφει, 29) καὶ τόνον τῇ τε φύσει, τῇ τε ψυχῇ περιτίθησιν, ἱδρῶτας ἐπέχει. τοῖς δὲ καθαιρομέ-

Eiusdem, et ex eodem libro. De vigilia. Cap. 6.

Vigilia plenitudinem (per halitum) digerit: quae in ventre sunt, minuit, et ut per partes infernas exeant, praeparat: languorem dissoluit, gravitatem dispensat, resoluta corrigit. et robur naturae atque animo adiungit: sudores cohibet. iis vero, qui ex medicamento purgan-

28) Forte interponendum τά aut τό.
29) Forte, ἐπιστύφει.

νοις ὑπὸ φαρμάκου παρεγγυητέον, μέχρι τῆς παντελοῦς καθάρσεως ἐγρηγορέναι. ἐγρηγορτέον δὲ καὶ 30) ἐπὶ τροφῇ αὐτόθι εἰλημμένῃ καὶ ποτῷ, καὶ ἐν ἐπισημασίᾳ, καὶ πρὸ αὐτῆς, ὡς ἐν τῷ περὶ ὕπνου δεδήλωται τόπῳ. ποιητικὰ δὲ ἐγρηγόρσεως, τρίψις σκληροτέρα χωρὶς λίπους, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ δι' ὠμολίνων. 31) τριβέσθω δὲ μάλιστα τὰ σκέλη. καὶ τὰ χρίσματα δὲ, ὅσα δριμύτερα, νίτρον ἢ εὐφόρβιον, ἢ λιμνῆστιν, 32) ἢ κάχρυ, ἢ καρδάμωμον, ἢ πύρεθρον, 33) ἢ ἀγρίαν σταφίδα, ἢ κόκκον κνίδιον, ἢ νάπυ ἔχει. καταπλάσματα δὲ, τὰ διὰ νάπυος σκέλεσιν ἐπιβαλέσθω· ποιητικὰ δὲ ἐγρηγόρσεως καὶ τὰ τοιαῦτα, κνισμὸς βίαιος, τιλμὸς τριχῶν, ὁλκὴ δακτίλων, σπαραγμὸς στομάχου διὰ καθέσεως δακτύλων, πρόσθετα ἐντιθέμενα τῇ ἕδρᾳ, ὧν ὕλη γέγραπται. ἔτι ὀσφραντῶν τὰ δυσώδη καὶ πταρμικά, φάρμακα δριμέα προσαγόμενα τοῖς ὄμμασιν, ἢ αὐτὸ τὸ ἔλαιον ἐγχεόμενον, σικύαι τιθέμεναι κατὰ βουβώνων, ἐμβοήσεις συνεχεῖς, προσαγγελίαι ταραχώδεις, λόγοι ἐπιτριπτικοὶ, θεάματα, οὐ μόνον ἐγρηγόρσεως ποιητικά, ἀλλὰ καὶ καταφορᾶς εἴη διαλυτικά. 34) τί ἂν εἴη ἄτοπον.

tur, ut usque ad perfectam purgationem vigilent, imperandum est. post etiam sumptum tunc cibum et potum, itemque in accessione, et ante accessionem, ut cum de somno loqueremur, memoravimus, vigilare homines debent. Vigilias inducunt frictiones duriores sine pinguedine, et magis etiam, si ex lineis pannis crudis obeantur. praecipue autem crura fricentur: Unguinaque conueniunt, quae acriora sunt, quae nitrum, aut euphorbium, aut limnesten, aut cachry, aut cardamomum, aut pyrethrum, aut vuam taminiam, aut granum cnidium, aut sinapi capiunt. Cataplasmata quoque cruribus ex sinapi superdentur. Vigilias etiam faciunt haec, pruritus violentus, pilorum evulsio, digitorum tractio, stomachi vellicatio digitis iniectis facta: quae ano admoventur, atque induntur, quorum est iam descripta materia: ex iis, quae odorari solemus, quae foedi sunt odoris: quae sternutamenta cient: acria medicamenta oculis admota: aut oleum ipsum infusum: cucurbitulae inguinibus affixae: clamores continui: nuncii turbulenti: sermones, qui affligunt, et cruciant. Spectacula vero non solum vigiliarum sunt efficientia, sed etiam propensionem in somnum nimiam dissoluunt. ergo quid fiet incommodi, si adhibeantur?

30) Hoc καὶ in margine additum. Mox in textu est: εἰλιμμένῃ, supra tamen scriptum litterae ι. littera μ. Ex parte ergo solummodo correctum.

31) ὠμόλινα satis nota sunt.

32) Vide Apulej. de herbis cap. 34.

33) Dioscor. III, 86. p. 207.

34) Postrema verba leviter corrupta.

ΚΕΦ. ζ.

Περὶ λαλιᾶς. Τοῦ αὐτοῦ. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἡ λαλιὰ κεφαλῆς μὲν ἔχει συμπληρωτικὸν καὶ βάρους ἐμποιητικῆς. 35) ἔστι δὲ καὶ δυνάμεως καταλυτικὴ μάλιστα ἐν πυρετοῖς, καὶ ἔτι μᾶλλον κατὰ τὰς ἐπισημασίας, καὶ δίψους ποιητική. καὶ γλώσσης ξυραντική. ἀνάρμοστος δὲ καὶ ὀφθαλμιῶσι. καὶ αἱμοῤῥαγοῦσιν ἐκ μυκτήρων. μάλιστα δὲ τοῖς αἷμα ἀνάγουσιν. ἐπιτήδειος δὲ τοῖς εἰς ὕπνον ἀμέτρως καταφερομένοις.

ΚΕΦ. η.

Περὶ ἀναφωνήσεως. Τοῦ αὐτοῦ. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Γυμνάσιον 36) μέν ἐστι θώρακος καὶ τῶν φωνητικῶν ὀργάνων ἡ ἀναφώνησις, καὶ πρό γε τούτων τῆς φυσικῆς θερμασίας, τὴν μὲν θερμασίαν αὔξουσα, καὶ καθαίρουσα, καὶ τονοῦσα καὶ λεπτύνουσα· τὰ δὲ τοῦ σώματος μέρη στεῤῥὰ, καὶ εὔτονα, καὶ καθαρὰ, καὶ 37) δυσπαθῆ κατασκευάζουσα. χρώμεθα δὲ ἀναφωνήσει, ποτὲ μὲν ὑπὲρ πάθους θεραπείας, ἤτοι φωνῆς κεκμηκυίας, ἢ καὶ παντὸς τοῦ σώματος· ποτὲ δὲ, ὑπὲρ διορθώσεως φωνῆς πεπονθυίας κατὰ πάθος, ἢ ἐκ φύσεως. ἁρμόζει δὲ στομαχικοῖς,

Eiuſdem, de ſermone. Ex eodem libro. Cap. 7.

Sermo vim quandam habet, ut caput impleat, et grauitatem afferat. quin etiam vires diſſoluit, idque praecipue in febribus, et magis quoque in acceſſionibus. ſitim etiam inducit: ac linguam ſiccat. eſt itidem lippientibus, et quibus ſanguis e naribus funditur, et maxime iis, qui ſanguinem reiectant, incommodus. eſt autem aptus iis, qui praeter modum ad ſomnum ſunt propenſi.

Eiuſdem, de vociferatione. Ex eodem libro. Cap. 8.

Vociferacio eſt thoracis, et vocalium inſtrumentorum: et prius etiam, quam horum, naturalis caloris exercitatio. calorem namque auget, purgat, firmat, et attenuat. ſolidas vero corporis partes, robuſtas, puras, et offenſae minime obnoxias reddit. Vociferatione autem utimur quandoque ad morbi medelam, vel vocis defeſſae, vel totius etiam corporis: quandoque vero, ut vocem, vel ex morbo, vel ſuapte natura male affectam emendemus. Conuenit autem haec ſtomachicis, vomentibus, acidum ructantibus, aegre concoquentibus. atque etiam accommoda eſt iis, quibus pituita redundat in cor-

35) Sic, sine ulla dubitatione Codex per siglam ſatis notam. Conjicio: ἔχει τι συμ. καὶ βάρους ἐμποιητικόν.

36) Codex, sine ſenſu, γυγμάσιον, ut alia plura, quae silentio transii.

37) δυσπαθὴς, qui difficulter afficitur. Ergo robuſtus, firmus.

ἐμέτοις, 38) ὀξυρεγμῶσι, 39) φιλαπέπτοις· 40) τοῖς πολυφλεγμάτοις 41) δὲ κατάλληλος, καὶ γυναιξὶ ταῖς ἐν κίσσῃ. τοῖς δὲ περὶ κεφαλὴν πάθεσιν ἀνάρμοστος, συμπληρωτικόν τε ἔχουσα, καὶ αὐτῆς, 42) καὶ τῶν ἐν αὐτῇ αἰσθητηρίων. ἁρμόζει καὶ ἀνορέκτοις καὶ ἀτρόφοις. μάλιστα δὲ παρείτοις 43) καὶ ὑδρωπικοῖς, καὶ ἀσθματικοῖς· ἀναλήψεσί τε ταῖς ἀπὸ νόσων καταλληλοτάτη. 44) ἐπειδὴ δὲ καὶ φωνὴ κάμνει, ποτὲ μὲν, διὰ πολλὴν λαλιὰν καὶ ἄμετρον, ποτὲ δὲ, διὰ βοῆς μέγεθος, ποτὲ δὲ, δι᾽ ὀξύτητα καὶ συντονίαν· κάμνει δὲ καὶ διὰ σιωπὴν, οἷον ἐπιλανθανομένη τῶν ἰδίων ἔργων χρήσιμος ἐπὶ πᾶσι τοῖς εἰρημένοις ὁ τῆς ἀναφωνήσεως τρόπος· τὸ μὲν πλῆθος τῆς λαλιᾶς 45) ἐπιδιαλύων, τὴν δὲ ἐκ τοῦ μεγέθους τῆς βοῆς γεγονυῖαν ἰωμένη τῇ τε πρᾳείᾳ καὶ 46) ἠρέμα καθαιρέσει· τὴν δὲ ὀξύτητα, τῷ καταπασμῷ 47) πρὸς τοὺς βαρεῖς φθόγγους· ὁ δὲ ἐκ τῆς σιγῆς εἰ καὶ μὴ

pore, et mulieribus praegnantibus, fastidio, cui picae nomen est, obsessis. Capitis vero affectionibus non est idonea: cum nescio quid facultatis ad replendum caput, et instrumenta sensuum capite contentorum, habeat. Iam vero iis, qui cibi fastidio tenentur, quique non aluntur, conuenit: praecipue vero languidis, hydropicis, et asthmaticis, itemque refectionibus ex morbo, accommodatissima est. Nunc vero, quoniam vox laborat, partim propter longam et nimiam loquelam, partim propter clamoris magnitudinem, partim propter acumen, et contentionem, partim vero propter silentium, quasi suarum actionum oblita, ideo fit, ut in hisce omnibus, quae dicta sunt, vociferationis usus fit utilis: cum longam loquelam dissoluat, et noxae, quae ex clamoris magnitudine contracta est, placida et quieta imminutione medeatur: acumini vero occurrat, graviores sonos inspergendo. Qui vero ex silentio oritur, quamvis non proprie vocis sit labor, tamen cum vocis labore pro-

---

38) Forte, ἐμετικοῖς, qui facile ad vomitus irritantur.

39) Forte, ὀξυρεγμιῶσι Dioscor. IV, 1. p. 245. ὀξυρεγμιῶσι δίδοται. Erotian p. 37 in ὀξυρεγμίην. Reliqua loca scriptorum consulto praetermitto, et hic et alibi, ne nimis sit molestus hic libellus.

40) Hujus vocabuli litterae, a principio, linea subnotatae sunt hae: φιλαπε. Fortasse ergo aliquis maluit, ἀπέπτοις. Ego hoc vocabulum non sollicito. Alia sunt ejuscemodi composita quae malam quandam adsuetudinem perpetuitatemque notant, ut φιλαπεχθήμων, φιλεγκλήμων, φιλαυστηρος, φιλαπεχθὴς, φιλαμάρτητος.

41) Sunt et haec composita in usu. Mihi tamen in mentem veniebat, πολυφλεγματίαις, a φλεγματίας.

42) τῆς κεφαλῆς.

43) Hoc vocabulum linea subnotatum. Forte, παραλυτικοῖς, παρειμένοις.

44) Codex: καταλληλότητα. Substantivum hic non habet locum. Ceterum καταλληλότης est apud Apoll. Alexandr. edit. Sylburg. p. 9. 10. etc.

45) ἐπιδιαλύων et ἰωμένη inter se non conveniunt. Istud sane ad τρόπος, hoc ad ἀναφώνησις referri potest. Verum hoc inusitatum. Praeterea post γεγονυῖαν addendum videtur βλάβην, aut simile aliquid.

46) Rursus in Cod. ἠρέμα, Forte, ἠρεμαίᾳ.

47) De hoc valde dubito. Rasarius καταπασμός deduxit a καταπάσσω. In musicis memoratur κατάσπασμα. Ergo nec κατασπασμός, uti simplex σπασμός, absurdum. Forte ergo hic notat, depressionem, demissionem a voce acuta ad gravem. Mox cap. IX. est κατασπάσαντα τὴν φωνὴν, ubi rursus vitiose scriptum erat, κατασπλάσαντα. Sic, confuso κατασπᾶν et καταπλάττειν in unum.

ἀκρίβειας καλεῖται κάμματος φωνῆς ἀλλὰ τό γε ἀνάλογόν τι πέπονθε καμάτῳ. Χρήσιμος καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ εἴδους ἡ ἀναφώνησις, γυμνάζουσα τὴν φωνήν, ἢ καὶ τῶν ὀργάνων δὲ τῶν φωνητικῶν κεκμηκότων, καὶ παντὸς τοῦ σώματος ἠτονηκότος, ἢ κεκοπωμένου, χρήσιμα εἰς ἀποθεραπείαν.

portionem quandam habet: quocirca ad eum quoque vociferatio est utilis, quae vocem exerceat. si denique vocalia instrumenta defessa sint, totumque corpus suum tenorem non seruet, aut lassitudine obsideatur, tunc ad eorum restitutionem, et curationem, utilis est vociferatio.

ΚΕΦ. 9.

Τίς ὁ τῆς ἀναφωνήσεως τρόπος. Τοῦ αὐτοῦ. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ δ. λόγου.

Quis sit vociferationis modus. Ejusdem, et eodem ex libro. Cap. 9.

Δεῖ δὲ τὸν μέλλοντα ἀναφωνεῖν, κοιλίας 48) ἀποδεδωκυίας τριψάμενον ἡσυχῆ, καὶ μάλιστα τὰ κάτω μέρη, τό, τε πρόσωπον ἀποσπογγισάμενον, ἢ ἀπονιψάμενον, ἠρέμα τε προλαλήσαντα καὶ μέτρια, διαστήσαντα, βέλτιον δὲ καὶ προπεριπατήσαντα, οὕτως ἐπὶ τὴν ἀναφώνησιν ἔρχεσθαι. ἀναφωνείτω δὲ ὁ μὲν 49) ἄπειρος παιδείας, ἃ μέμνηται, καὶ ἃ δοκεῖ γλαφυρὰ εἶναι, καὶ ὅσα πολλὰς μεταβολὰς ἔχει λειότητός τε καὶ τραχύτητος. εἰ δὲ ἀνεπιστήμων 50) ἐπᾶν εἴη, ἰαμβεῖα λεγέτω, τρίτην δὲ χώραν ἐλεγεῖα ἐχέτω, τετάρτην δὲ μέλη. ἄμεινον δὲ ἀποστοματίζειν, ἤπερ ἀναγινώσκειν τὸν ἀναφωνοῦντα. δεῖ δὲ πρῶτα μὲν ἐπὶ τῶν βαρυτάτων φθόγγων ἀναφωνεῖν, ὡς οἷόν τε μάλιστα κατασπάσαντα τὴν φωνήν, εἶτα ἐπὶ τοὺς ὀξυτάτους φθόγγους ἀνάγειν, κἄπειτα, μὴ ἐπὶ πολὺ διατρίψαντας ἐπὶ τῆς ὀξύτητος, αὖθις ἀνακάμπτειν ὀπίσω, κατὰ βραχὺ ποιουμένους τὴν ὕφεσιν τῆς φωνῆς, ἄχρις ἂν ἐπὶ τὴν 51) βαρυτάτην ἔλθωμεν, ἀφ' ἧς

Qui vociferaturus est, debet, cum aluus deiecit, fricari leniter: ac praecipue partes inferiores: faciemque spongia madefacere, aut abluere: et prius sensim loqui, ac per interualla mediocria. sed melius est, ut prius deambularit: post vero, ad vociferationem accedat. Is vero, qui doctrinae expers est, vociferando dicat, quorum meminerit, quaeque clara, et multas habere lenitatis, et asperitatis mutationes videantur. sin autem versus sciat, iambicos dicat: et tertius locus elegiae detur: quartus modulis numerisque. qua in re praestat etiam, memoria recitare, quam legere. In primis autem vociferandum est, vocem, quam gravissimis fieri sonis potest, producendo, tum ad acutissimos eandem redigendo. deinde, cum non multum in acuto sono permansum sit, retro vicissim paulatim reflectendum, vocem diminuendo, donec ad gravissimam, a qua ductum initium est,

48) Cod. κοιλία. Mox rursus, ἦσυχῇ et ἤρεμα, spiritu aspero.
49) Ita in marg. In textu: δεομένου.
50) Aut, οὐκ ἀνεπιστήμων, aut ἐπιστήμων, scribendum. τρίτην proximum docet, hic aliquid deesse.
51) Ante dixit masculino genere περὶ φθόγγων. Unde ergo hic derepente feminina? Nam ad φωνῆς trahi nequit. Quivis hoc potest corrigere.

ἠρξάμεθα. μέτρον δὲ παρά τε τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς προθυμίας, καὶ τοῦ ἔθους ληπτέον.

ΚΕΦ. ι.

Ἐκ τῶν Ἀντύλλου. Περὶ ὑγιεινῆς ἀναφωνήσεως.

Τὴν διὰ τῆς φωνῆς γυμνασίαν κατὰ τρόπον ἀσκουμένην πείρᾳ μαθὼν ἁπάντων οὖσαν τῶν παραγγελμάτων ἀνυτικωτάτην εἰς ὑγείας ἀσφάλειάν τε καὶ φυλακήν· ἐσπούδασα τήν τε φύσιν τοῦ βοηθήματος, καὶ τὰς μεθόδους κατ' ἐμὴν δύναμιν ἀναγράψαι. τίς δέ ἐστιν ὁ τῆς ἀληθινῆς περὶ φωνὴν ἀσκήσεως τρόπος εἰς σώματος βεβαίαν ὑγείαν καὶ πολυχρονιότητα, ῥητέον ἤδη. Ὑπὸ πνεύματος γίνεται πᾶσα φωνὴ, κατ' ἀναπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν, ταμιευομένου καὶ τυπωθέντος ὑπὸ τῶν εἰς αὐτὸ τοῦτο δεδημιουργημένων ὑπὸ τῆς φύσεως ὀργάνων. ὥστε αὐτῆς ὕλην μὲν εἶναι τὸν ἀναπνεόμενον ἀέρα· τέχνην δὲ, εἰ χρὴ τοῦτον εἰπεῖν τὸ τρόπον, τὰ διαπλάττοντα τὸν ἀέρα μέρη τοῦ σώματος. ἀνάγκη δὴ οὖν, τὰς ἀρετὰς καὶ κακίας αὐτῆς, ἤτοι περὶ τὸ πνεῦμα, ἢ περὶ τὰ τυποῦντα τοῦτο συμβαίνειν ὄργανα. ταῦτα δ' ἐστὶν, ἡ τῶν ἄκρων τῆς ἀρτηρίας τόπων τῆς ἐπιγλωσσίδος ὀνομαζομένης, καὶ τῶν τοῦ στόματος μερῶν, γλώσσης, ὑπερῴας, ὀδόντων, χειλῶν σύμμετρος καὶ κατὰ τὴν ἐνέργειαν εὐδιοίκητος ἁρμονία. διασκεπτέον οὖν, ὁποῖός τις ὢν ὁ ἀὴρ, καὶ πῶς οἰκονομούμενος, ἀρίστην ἀποδείκνυσι τὴν φωνήν. κατὰ μὲν τοὺς ὀξυτάτους τῶν φθόγγων συνθλίβεσθαι συμβαίνει καὶ στενοῦσθαι, τόν τε τράχηλον, καὶ τὸν ἀνθερεῶνα, προσπιεζομέ-

revertatur. Modus vero a viribus, animi alacritate, et confuetudine fumendus eft.

Antylli, de falubri vociferatione. Cap. 10.

Cum vocis exercitationem rite initam, omnium praeceptorum ad fanitatis tutelam et confervationem efficaciffimam effe ufu atque experientia didicerim, dedi operam, ut et auxilii naturam, et qua via et ratione adhibeatur, quoad ejus fieri a me poteft, defcriberem. nunc igitur, quifnam modus verae exercitationis vocis, ad firmam et diuturnam corporis valetudinem fit, dicendum eft nobis. Vox omnis fit a fpiritu per refpirationem atque infpirationem depromto, et formato ab iis inftrumentis, quae natura ad hunc ufum eft fabricata: ut ejus materia fit refpiratus aër, ars vero, si ita dicendum eft, partes corporis, quae aërem extendunt, atque dilatant. ergo neceffe eft, ejus praeftantiam, et vitium, aut in fpiritu, aut in fpiritum formantibus inftrumentis verfari. Inftrumenta autem funt, extremorum afperae arteriae locorum, ejus, quae epiglottis dicitur, oris partium, linguae, palati, dentium, et labrorum harmonia commoderata, atque ad actionem rite difpofita. Confiderandum igitur eft, qualis aër, et quomodo difpenfatus, optimam vocem efficiat. ac in acutiffimis quidem fonis ufu venit, ut comprimatur, et anguftetur collum, et mentum compreffum vehementer fupra a locis, quae ad gurgulionem funt, ad extremas linguae partes comprimatur, et anguftetur:

καὶ ἰσχυρῶς ἄνω τοῖς περὶ τὸν γαργαρεῶνα τόποις τῶν τελευταίων τῆς γλώσσης μερῶν, καὶ ἀναλόγως τὸ λοιπὸν σῶμα συνισχναίνεσθαι τοῖς προειρημένοις μέρεσι, σύμμετρόν τε τῇ διαστάσει τῶν τόπων ἀέρα διέρχεσθαι· κατὰ δὲ τὰς τῶν ὑπ' αὐτῶν ἐκφωνήσεις καὶ μελῳδίας τόν τε τράχηλον ὡς οἷόν τε μάλιστα διευρύνεσθαι καὶ πλατύνεσθαι· τὰ στόματά τε τῆς γλώττης τελευταῖα ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν γαργαρεῶνα τόπων ἐπὶ μέγα διεστηκέναι, καὶ πολὺ δι' αὐτῶν κατὰ τὴν ἀναφώνησιν ἐκφυσᾶσθαι 52) πνεῦμα· τό, τε λοιπὸν σῶμα πᾶν ἀνίεσθαι, καὶ διὰ τὴν ἀραιότητα χαλᾶσθαι. τὴν μὲν οὖν τῶν ὀξυτέρων φθόγγων γυμνασίαν καὶ τὴν ἄχρηστον 53) τῆς ἀπὸ τῶν ὑπάτων κατὰ μικρὸν ἐπίτασιν ἢ τὴν παραυξήσεως φιλοτεχνίαν δεῖ πολλὰ χαίρειν. ἐάν τι 54) γὰρ εἰς ἀσφάλειαν σώματος εὐμέλεια καὶ χρηστοφωνίας συμβάλλοιτο. τὸν δὲ τῶν βαρυτέρων φθόγγων ἦχον ἀσκῶμεν. φαίνεται γὰρ μεγίστη τὶς εἶναι μοῖρα καὶ κυριωτάτη πρὸς ἀρετὴν φωνῆς ἀὴρ ὡς πλεῖστος εἰς τὸ σῶμα κατ' ἀναπνοὴν ἑλκόμενος, διά τε τῆς ἀρτηρίας καὶ τῶν ἄλλων, τῶν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἀνεστομωμένων ἀδήλων πόρων. τοῦτο δ' ἂν γένοιτο μάλιστα ὑπὸ πολλῆς τῶν ἐπισπωμένων αὐτὸν ἀγγείων εὐρύτητος. ἡ δὲ εὐρύτης ὑπὸ ἀσκήσεως ἐπιμελοῦς γίνεται, διεστάντων τὲ καὶ διευρυνόντων ἐπίτηδες ἡμῶν τοὺς πόρους, καὶ

atque etiam, ut ad praedictarum partium proportionem, totum corpus ſimul attenuetur: et aër ad menſuram diſtantiae locorum pertranſeat: et in pronunciationibus, et melodiis, quae ex ipſis fiunt, et collum, quam maxime fieri poteſt, dilatetur, atque amplificetur, et os ad extremas linguae radices, a locis, quae ad gurgulionem ſunt, maximopere abſcedat, et diducatur: et in pronunciando multus ſpiritus exſufletur: totumque reliquum corpus remittatur, et propter raritatem relaxetur. ergo acutiorum ſonorum exercitationem, inutilemque intentionem, quam hypate paulatim efficit, aut artificioſam accreſcendi induſtriam, ut multum valeat, ſinere deberet. quod si ad corporis tutelam ſuavitas cantus, et vocis praeſtantia conducat, graviorum ſonorum vocem exerceamus. etenim aër quamplurimus reſpiratione in corpus per arteriam, et per caeteros apertos cutis meatus occultos attractus, maximum momentum afferre, et praecipua praeſtantiae vocis eſſe videtur portio. id vero fit vel maxime a multa vaſorum aërem attrahentium latitudine. latitudo vero a concinna exercitatione conficitur, cum nos meatus accomodate diducimus, et dilatamus: et paulatim quamplurimum excipere aërem, et rurſus eundem exſufflare conamur. parum enim deeſt, quin omnes virtutes, quas pronunciatio affert, a ſpiritus multitudine et copia praeſtari comperiamus. nam neque quiſpiam vehementem ſonum unquam

52) Ita correxi, loco ἐκφίσασθαι. Vers. 8. malim: τὰ τελευτ. et στόματα explico ἐξόδους. Vide vers. 2.

53) τῆς redundare videtur. Rasarius in mente videtur habuisse, τὴν ἄχρηστον ἀπὸ τῆς ὑπάτης, nimirum, χορδῆς Mox fortasse: καὶ τὴν τῆς παραυξήσεως.

54) Forte: τί γὰρ ἄν. Et mox: χρηστοφωνία — συμβάλλοιτο;

κατὰ μικρὸν ὡς πλεῖστον δέχεσθαι προσβιαζομένων, καὶ πάλιν ἐκφύσαν 55) ἀέρα. πάσας γὰρ ὀλίγου δεῖν τὰς ἀρετὰς τῆς ἐκφωνήσεως εὑρήσομεν ὑπὸ τοῦ περὶ τὸ πνεῦμα πλήθους ἐνεργουμένας. οὔτε γὰρ ἰσχυρὸν ἂν τις φθέγξαιτο πώποτε, μὴ σφοδρῷ τῷ πνεύματι διὰ τὸ πλῆθος χρώμενος, οὔτε μέγα τὶ τούτου 56) περιουσίᾳ χορηγούμενος· οὔ γε μακρὸν διατεῖνον χρόνον, εἰ μὴ τῷ μήκει τῆς φωνῆς ἐπαρκοίη τὸ τοῦ πνεύματος πλῆθος, οὔτε πυκνὸν, ἢ λαμπρὸν, ἢ πλῆρες, ἢ 57) διὰ μικρότητα τῆς ἐμπνεύσεως καὶ ἀσθενείας διάκενον καὶ σομφὸν καὶ χαῦνον ἐκπέμπον τὸν ἦχον. ὅταν ὁλοκλήρους καὶ σαφεῖς ἀποδοίη τὰς λέξεις, ἢ διὰ βραχύτητα τοῦ πνεύματος ὑποκλέπτοι καὶ κωλύει 58) τὰ λεγόμενα καὶ μὴ δύναιτο ἐξαρκεῖν. οὔτ' ἂν ἄλλο οὐδὲν κατορθώσειεν ποτε φωνῇ, μὴ πολλῷ πνεύματι χρώμενος· ἐπειδὴ τοίνυν φαίνεται μεγίστη μοῖρα πρὸς τὰς τῆς φωνῆς ἀρετὰς εἶναι τὸ πλῆθος τοῦ κατ' ἀναπνοὴν ἀέρος, πρὸ πάντων τούτου τοῖς φωνὰς ἀσκοῦσι φροντιστέον. τίς δέ ἐστιν ὁ τρόπος αὐτοῦ τῆς ἐπιμελείας ῥητέον. ἐπεὶ τοίνυν ἡ εἰς ἡμᾶς ὁλκὴ τοῦ πνεύματος, διαστελλομένου, τοῦ τε 59) θώρακος, καὶ τῆς κοιλίας, καὶ τῶν καθ' ὅλην τὴν σάρκα πόρων, γίνεται· βίᾳ γὰρ ὁ ἀὴρ εἴσω ὠθεῖται πρὸς τὴν ὑπὸ τῆς διαστάσεως γενηθεῖ-

ederet, nisi vehementi, propter copiam, spiritu uteretur: neque magnum quippiam, nisi ei magna spiritus copia abundaret. Sed nec etiam longum tempus duraret, si non vocis productioni spiritus multitudo suppeditaretur: sicut etiam nec densum, aut clarum, aut plenum quid emitteret: aut propter parvitatem, et imbecillitatem inspirationis, inanem, raucum, solutumque sonum ederet, cum perfectas, perspicuasque dictiones reddat: aut cum propter spiritus exilitatem, quasi caelet, quae dicuntur, atque impediat: nec ad pronunciandum sit satis. quo tempore, nulla re alia vocem corriget, nisi multo spiritu utatur. Cum igitur copia aëris per spirationem attracti, maximum pondus afferre ad vocis praestantiam videatur, in primis ejus habenda est ratio ei, qui vocem exerceat. quis autem sit modus hujus curae, et diligentiae, exponendum est. ergo cum spiritus in nos attractio fiat diducto pulmone, et ventre, et meatibus, qui in tota sunt carne: (aër enim intro vi pellitur ad eam capacitatem a diductione factam naturali quadam necessitate, ut quod vacuatum est, impleatur:) nos eum per nares, atque os ingredientem videamus. ac multum etiam ejus per totius cutis meatus ingreditur. eo plus autem externi aëris intra nos recipiemus, quo majorem fecerimus capacitatem eorum locorum, quae sunt

55) Forte: ἐκφυσώντων τὸν ἀέρα.
56) Fortasse: τούτου τῇ περιουσίᾳ μὴ χορηγ. οὔτε μακρόν.
57) Credo, omisso ἤ, legendum esse: διὰ τὴν μικρότητα τῆς ἐμπνεύσεως καὶ ἀσθένειαν, et mox, ἐκπέμπων. Sed proxima etiam dubia sunt.
58) Sic omnia in Codice.
59) πνεύμονος videtur conjecisse Rasarius.

σαν εὐρυχωρίαν, κατὰ τὴν φυσικὴν 60) τὸ πληροῦσθαι τὸ κενούμενον ἀνάγκην, ἀθροῦμεν εἰσερχόμενον διὰ ῥινῶν καὶ ϛόματος, πολὺ δὲ καὶ διὰ τῶν καθ' ὅλην τὴν ἐπιφάνειαν πόρων· τοσούτῳ 61) δὲ πλείονα δεξόμεθα 62) τὸν ἔξωθεν εἰς ἑαυτοὺς ἀέρα, ὅσωπερ ἂν μείζονα τὴν τῶν ἐφελκυσομένων αὐτὸν τόπων εὐρυχωρίαν ποιήσωμεν. διὰ τοῦτο οἱ μὲν πυκνοὶ καὶ ϛειόποροι, μικρόφωνοί τε καὶ τοῖς ἤχοις ἀσθενεῖς· οἱ δ' ἀραιοὶ καὶ τοῖς 63) ἀγγείοις ἀνεῳγότες ἰσχυρόφωνοι. παῖδες τὲ οὖν καὶ γυναῖκες, καὶ εὐνοῦχοι τῶν ἀνδρῶν ἀσθενέϛεροι περὶ φωνὴν, διὰ ϛενότητα πόρων, καὶ οἱ ἄῤῥωϛοι τῶν ὑγιαινόντων. ἐπειδὴ τοίνυν ἀποδέδεικται, τῶν μὲν περὶ τὴν φωνὴν κατορθωμάτων αἴτιον εἶναι τὸ πλῆθος τοῦ κατ' ἀναπνοὴν ἑλκομένου πνεύματος, τούτου δὲ τὴν τῶν πόρων εὐρύτητα καὶ διάϛασιν, λοιπὸν ἂν εἴη σκοπεῖν, πῶς ἂν 64) αὐτὴ γένοιτο. ἐπεὶ οὖν πᾶσα σώματος εὐρυχωρία καὶ κοιλότης κατὰ δύο τρόπους αὔξεται καὶ διΐϛαται κατὰ μικρὸν, ἤτοι τῶν περιεχόντων τὰς κοιλότητας χιτώνων περισακομένων 65) εἰς τὸ κύκλῳ πάντοθεν, ἤ 66) τῶν ἐναρμοζομένων εἰς αὐτὸ σωμάτων ἐκ προσαγωγῆς παραυξομένων, δι' ἀμφοτέρων φροντιϛέον ἡμῖν καὶ εὐρυντέον τοὺς

eundem attractura. quam ob rem quorum denſa cutis eſt, et meatus anguſtos habent, exiguae vocis ſunt, et ad ſonos edendos imbecilli. rari vero, et quibus vaſa aperta ſunt, vehementem vocem edunt. ac pueri quidem et mulieres, et eunuchi vocem imbecillius, quam viri emittunt. id quod eis propter meatuum anguſtiam contingit. atque aegrotantes, ob eandem cauſam, minorem vocem, quam bene valentes habent. Cum ergo oſtenderimus, cauſam vocis corrigendae eſſe aërem ſpirando attractum, aërisque cauſam eſſe meatuum dilationem et diductionem, conſequens eſt, ut, quo modo haec ipſa fiat, conſiderandum eſſe videatur. quoniam igitur omnis corporis capacitas, et cavitas duobus modis augetur, et paulatim diducitur, vel, cum tunicae, quae cavitates amplectuntur, ex omni parte in orbem concluduntur: vel, cum corpora ad id accommodata, ex additione augentur: utriuſque ratio nobis habenda eſt, et meatus dilatandi, in qua re denſationem omnem, et eam quoque inducentes cauſas fugere debemus: ut maxime remittatur, quod non tenſum eſt, in longitudinem, quod vero fuſum eſt, in latitudinem: et moles corporis conſeruetur. praeterea vero aërem augere oportet, tum per inſpirationes paula-

60) Vocabulum φυσικὴν linea ſubnotatum atque ejus loco quaedam in margine ſcripta erant, quae tamen rursus raſura ſublata ſunt. Poſt φυσικὴν, loco τὸ, malim τοῦ, et mox: ἀθροῦν μὲν εἰσερχομένου — πολλοῦ δέ. v. pag. 101. vers. 10.
61) Codex: τοσοῦτο. Forte mox: δή.
62) Ita in marg. In textu: ἐξόμεθα. Sic.
63) Vide hic notam 75.
64) Forte, αὕτη.
65) περισακομένων nihili eſt. In mentem veniebat: περιεστηρότων. Nam σήρειν inter alia eſt, *diducere, ampliare, aperire.* Ita v. c. Galenus in Gloſſis pag. 93. σαράπους explicat: ἡ διασεσηρότας καὶ διεϛῶτας ἔχουσα τοὺς δακτύλους τῶν ποδῶν. Ita quoque canes, cum os diducunt, σεσηρότες appellantur. Item homines, c m rident. Sed forte probabilius erit, περιευρυνομένων, aut περιαποσυρομένων.
66) Sine ſenſu. Immo: ἢ τῶν, aut, ἤτοι τῶν.

πόρους. πύκνωσιν μὲν δεῖ πᾶσαν, καὶ τὰς ταύτης αἰτίας φεύγειν, ἀνίεσθαι δὲ ὡς μάλιστα, μὴ κατατεινόμενον, εἰς μῆκος, κεχυμένου δὲ, εἰς πλάτος, διαφυλάττειν τὸν ὄγκον. πρὸς δὲ τούτοις παραύξειν δεῖ τὸν ἀέρα, κατά τε τὰς εἰσπνοὰς κατὰ μικρὸν προσβιβαζόμενον 67) ἀναπνεῖν, πλεῖον προδιϊστᾶντα ἐπίτηδες τὰ δεξόμενα αὐτὸν ἀγγεῖα, καὶ πάλιν πειρώμενον ἐκ προσαγωγῆς ὡς πλεῖστον ἐκκρίνειν εἰς τὸ ἔξω, καὶ τὸ προεισεληλυθὸς πνεῦμα ἐκθλίβειν καὶ κενοῦν βιαιότερον. ἥ, τε γὰρ τῆς σαρκὸς ἄνεσις καὶ χύσις παρέξεται τὴν εὐρύτητα τοῖς πόροις, ὅ, τε κατὰ τὴν τοῦ πλείονος ἀέρος ἀναπνοὴν προσβιασμὸς ἐπὶ μεῖζον αὐτοὺς ἀεὶ προσδιαστήσει πλάτος, ἥ, τε κατὰ τὴν ἐκπνοὴν 68) προσλιπάρησις, τοῦ 69) πλεῖστον ἀποδιδόναι τὸ πνεῦμα, μεγάλως διΐστησι τοὺς πόρους. ὅσῳ γὰρ ἄν τις μᾶλλον ἐπιτηδεύσας κενώσει τὸν θώρακα τοῦ πνεύματος κατὰ τὴν ἐκπνοήν, τοσούτῳ πλείονος ἀέρος πάλιν εἰς τὸν ἀντικαταχωρισμὸν τοῦ δεδαπανημένου δεήσεται. ἡ μὲν οὖν διὰ τῆς φωνῆς ἄσκησις ἀραιοῖ τὸ σῶμα τῇ διαστάσει τῶν πόρων· τὰ δ᾽ ἄλλα γυμνάσια πάντα πιλοῖ τὰς σάρκας καὶ πυκνοῖ καὶ συστρέφει· κἀκείνη μὲν κοῦφον ἀποτελεῖ τὸν ὄγκον, διὰ τὴν τῶν μεταξὺ πόρων εὐρύτητα· ταῦτα δὲ, ἐμβριθῆ καὶ στιβαρὸν καὶ βαρύ. καὶ διὰ μὲν τῆς φωνασκίας 70) τῆς διὰ ταύτην γινομένης ἀραιότητος, ἐνδοτικὴν καὶ πρὸς πᾶσαν

tim adductum respirando, et amplius vasa ad ipsum excipiendum accommodata diducendo: tum etiam conando ex additione quamplurimum foras excernere, et spiritum prius ingressum exprimere et vacuare violentius. nam et carnis remissio atque fusio latitudinem meatibus praestabit, cum copiosioris aëris per respirationem adductio eos ad maiorem semper latitudinem diducat: et exspirationis assiduitas, quo plurimus spiritus reddatur, magnopere meatus diducit. quo enim quispiam maiorem diligentiam adhibuerit, ut thoracem spiritu per exspirationem vacuet, eo copiosiore aêre, ut in illius consumpti locum sufficiat, indigebit. ex quo conficitur, ut vocis exercitatio corpus meatuum diductione rarefaciat: caeterae vero exercitationes omnes carnem stipant, densant, et constringunt: illa vero levem molem corporis, meatus dilatando, caeterae vero solidam, duram, et gravem efficiunt. atque ex ipsa vocis exercitatione, et raritate, quam ipsa inducit, videre est carnem obsequentem, et ad omnem actionem maxime tractabilem reddi: ex aliis vero exercitationibus, resistentem, duram, aegre sentientem. ideo fit, ut idiotae, et plerique athletae ingenio sint stupido, tardoque. ergo vocis exercitatio est caeteris anteponenda. In primis enim, in ipsis lectionibus accommodatis perspicuas humorum redundantium exercita-

67) In mentem veniebat, quod paullo superius legitur, προσβιαζόμενον. Sed hoc quoque ferri potest.

68) *Continuitas, perpetuitas.*

69) Forte, τῷ. Paullo post vers. 24. malim, συστρέφει.

70) καὶ, ante τῆς, interponendum videtur.

ἐνέργειαν εὐμεταχείριστον πλαττομένην ἰδεῖν ἐστὶ τὴν σάρκα· διὰ δὲ τῶν ἄλλων γυμνασίων, ἀντίτυπον, καὶ σκληρὸν, καὶ δυσαίσθητον. 71) διὸ καὶ τὴν γνώμην ἠλιθιώτεροι γίνονται τῶν ἰδιωτῶν οἱ πολλοὶ 72) τῶν ἀθλητῶν. προκριτέον οὖν ἡ διὰ τῆς φωνασκίας ἄσκησις. πρῶτον μὲν γὰρ, αὐταῖς ταῖς ἀναγνώσεσι καὶ προσφοραῖς 73) φανερὰς ποιεῖται τῶν πλεοναζόντων ὑγρῶν τὰς ἐκκρίσεις, 74) τοῖς μὲν συντονώτερον ἀναγινώσκουσι, μᾶλλον, καὶ δι' ἱδρώτων· τοῖς δὲ ἐπιεικέστερον ἐντεινομένοις, διὰ τῆς ἀδήλου γινομένης ἀποφορᾶς καθ' ὅλον τὸν ὄγκον· πᾶσι δὲ ὁμοίως διά τε τῆς κατὰ τὴν προφορὰν ἐκπνοῆς πολλῶν ἐκφυσωμένων ὑγρῶν, καὶ κατὰ τὸν ἐπιγινόμενον ὑπὸ τῆς ἐκφωνήσεως ἐρεθισμὸν καὶ ἀπολεπτυσμὸν πολλῶν περιττωμάτων ἀναχρεμπτομένων, καὶ πτυελῶν, καὶ μύξης, καὶ φλέγματος προχωρούντων. γίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν σύντονον ἀναπνοὴν, ἐκ τῆς φωνασκίας κατασκευαζομένην, 75) ἄνευ ῥυπομένων τῶν ἀγγείων, ἀπανάζωσις 76) πολλὴ τῶν ὑγρῶν, ἀδήλως τε κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος, καὶ διὰ ῥινῶν ἐκφυσωμένων, 77 a) καὶ διὰ στόματος. τοῖς γε μὴν

tiones facit: qui vero maiore vi legunt, maiores, atque adeo etiam per sudores: qui vero lenius legunt, per occultam exhalationem, quae in tota mole corporis efficitur: atque in omnibus simili modo per effluxionem, cum exspirando multi humores extra efferuntur: et ex irritatione facta a vociferatione, et attenuatione, ut multa excrementa, et sputa, et muci, et pituitae proruentes excreentur. Iam vero ex robusta respiratione, quam vociferatio praeparavit, praeterquam, quod vasa absterguntur, multi etiam humores consumuntur, qui et clam per corporis extremitatem, et per nares, et per os efflantur. Iis vero, qui recalfaciendi ex frigiditate sunt, ecquod majus auxilium afferri potest, quam actio respirationis exercitatae? Spiritus enim calorem nostrum assiduo motu ex collisione attrituque excitat, et suscitat: talemque reddit per incessantem actionis in corpore nostro feruorem. quocirca, si non singulas in nobis partes, respirationis refrigeratione refrigeramus,

71) Paullo superius, nota 37. est δυσπαθής.

72) Interposuerim καὶ, post πολλοί. Ἰδιῶται h. l. ἀποχειροβίωτοι. Mox malim, προκριτέα.

73) Immo, προφοραῖς. v. vers. 13. προφορὰ de voce et oratione dicitur: προσφορὰ de cibis, medicamentis, sacrificiis.

74) Malim, καὶ τοῖς μέν. Mox malim etiam transponere sic: συντονώτερον ἐντεινομένοις — ἐπιεικέστερον ἀναγινώσκουσιν. In usu est, ἐντείνειν μέλος, μουσικήν.

75) ῥυπομένων in textu subnotatum est linea et in margine additum: ῥυπτομένων. Ego conjungo ista duo vocabula, et conjicio: ἀνευρυνομένων. Sic paullo superius, nota 63. legitur: τοῖς ἀγγείοις ἀνεῳγότες, ubi etiam τὰ ἀγγεῖα locum habebat, intellecto κατά.

76) Forte, ἀπανάλωσις. Vide mox p. 101. vers. 7.

77 a) Sic correxi. Refertur enim ad ὑγρῶν. In Codice est, ἐκφυσωμένου.

θερμασίας δεομένοις διὰ ψυχρότητα, τίς ἂν ἄλλη προσφορωτέρα γένοιτο βοήθεια τῆς κατὰ τὴν ἠσκημένην ἀναπνοὴν ἐνεργείας; τὸ γὰρ πνεῦμα τὴν ἐν ἡμῖν θερμασίαν τῷ πολυκινήτῳ τῆς φορᾶς κατὰ τὴν παράτριψιν ἐγείρει, καὶ ζωπυρεῖ, τοσαύτην ἀποτελοῦν διὰ τὴν τῆς ἐνεργείας ἀδιάλειπτον ἐν τῷ σώματι πύρωσιν, ὥς, εἰ μὴ παρ' ἕκαστον ἀναψύχομεν 77b) ἑαυτοὺς, τῇ διὰ τῆς ἀναπνοῆς καταψύξει, λαθεῖν ἂν ὅμοια παθόντας τοῖς εἰς 78) πολλὴν ἐμπεσοῦσι τῆς πλείονος ἐν ἡμῖν ὑγρασίας, καὶ τὴν τῆς σφοδροτάτης καταψύξεως ἐπανόρθωσιν οἱ κατὰ τρόπον πεφωνασκηκότες καλῶς ἔχουσιν εἴρηται. τόγε μὴν ξηρὸν ἢ τὸ θερμὸν, ἐὰν ἐν τοῖς σώμασι πέρα τοῦ μετρίου δοκῇ πλεονάζειν, ὁ πολὺς διὰ τὴν εὐρύτητα τῶν πόρων κατὰ τὴν ἀναπνοὴν εἰσιὼν ἀὴρ ἀνυγραίνοι ἂν μάλιστα τὰ κατεξηραμμένα καὶ μαλάσσοι τὴν ὑπὸ τῆς ξηρασίας ἀπειργασμένην σκληρότητα, λεπτομερέστερος ὢν καὶ ὑγρότερος παντὸς ὕδατος. τήν γε μὴν ἐν τοῖς σώμασι τοῦ μετρίου πλείονα θερμασίαν τί χρὴ λέγειν, ὡς οὐδὲν ἂν καταψύξαι καὶ σβέσαι μᾶλλον, τοῦ κατὰ τὴν ἀναπνοὴν ἑλκομένου διηνεκῶς ἀέρος. δεῖ τοίνυν ἀναγινώσκειν τε πολλάκις, προφέρεσθαί τε, τὸ σῶμα πᾶν ἀνιέντας, καὶ κεχυμένης τῆς σαρκὸς εἰς ἀραίωσιν διϊστάντας ἐπίτηδες, τήν τε ἀρτηρίαν, καὶ τὰς ἄλλας διεξόδους τοῦ πνεύματος κατὰ τὰς βαρύτητας φθέγγεσθαι τῆς φωνῆς ἀπηχήσεις. τοῖς μὲν ἐπὶ τὰς νήτας ἐκ προσαγωγῆς φιλοτέχνως ἀναβαίνουσι φθόγγοις πολλὰ χαίρειν λέγοντας. 79a) ἰσχύομεν γὰρ, καὶ δυνάμεως, καὶ ἐπιτά-

lateat nos similia pati, qualia patiuntur ii, qui in majorem humiditatem cadunt, * quam sit in nobis, atque etiam vehementissimae refrigerationis correctionem eos recte consequi, qui rite vociferatione usi fuerint, dictum est. Quinetiam, si in nostris corporibus siccitas et calor praeter modum redundare videantur, multus aër per meatuum latitudinem respirando ingrediens, quae exsiccata sint, maxime humectabit, et cum sit tenuiorum partium, et liquidior, quam omnis aqua, duritiem a siccitate inductam emolliet. porro autem calorem, qui in corporibus praeter modum sit, quid attinet dicere, quam a nullo alio magis, quam ab aëre continenter per respirationem attracto refrigeretur atque extinguatur? Oportet ergo saepe legere, corpusque totum laxare et remittere, carnemque raritate perfundere, arteriam, caeterosque transitus spiritus studiose diducere, et per gravissimas vocis terminationes modulari. Ut autem procul a nobis valeant soni, qui ex additione ad notas studiose conscendunt, faciendum est. Scimus enim, et viribus, et intentioni meatuum alienissimum esse vocis acumen. Sonorum vero concinnitates, varietates mutationibus cantus temperatis conueniunt: sed nihil est, quod ad salubrem corporis tutelam conducant. vociferationibus vero, quae per hypatas fiunt, quam maxime fieri potest, sonum dilatare coguntur. at in iis, qui legunt ita, ut audiantur, aut differunt,

77b) Forte, ἀναψύχοιμεν aut ἀναψύχωμεν.

78) Haec corrupta sunt Vide in indice ἐμπίπτειν. Versu 17. Cod. ἀπηργασμένην, quod correxi.

79a) Rasarius οἴδαμεν videtur probasse. Mihi in mentem veniebat: ἰσχυρίζομεν, seu, διϊσχυρίζομεν γὰρ, ὅτι καί. Paullo ante vers. 28. legendum videtur βαρύτατας.

σεως πόρων ἀλλοτριώτατον φωνῆς ὀξύτης· εὐμέλειαι δὲ καὶ ποικιλίαι φθόγγων, μεταβολαῖς εὐκράτοις μελῶν, πρόσφορον· ὧν οὐδὲν ἂν εἰς σώματος ὑγιεινὴν ἀσφάλειαν εὑρεθείη χρήσιμον ταῖς δὲ κατὰ τὰς ὑπάτας ἐκφωνήσεσι πλατύνειν, ὡς οἷόν τε μάλιστα, τὸν ἦχον βιαζομένη. φανερώταται γὰρ ἀπαναλώσεις γίνονται τῆς ἔνδον ὑγρασίας τοῖς ἀναγιγνώσκουσιν ἀκουστὸν, ἢ 79b.) διαλεγομένοις. δηλοῖ δὲ ὅ, τε θεωρούμενος ἐπὶ τῶν ἀναγινωσκόντων ἀθροῦς ἐκ τοῦ στόματος ἐξιὼν ἀτμὸς, καὶ τῶν παλαιοτέρων χυμῶν 80) οἱ κατὰ τὰς ἀποτεταγμένας ἑκάστῃ τῶν διεξόδων διεκκρινόμεναι περιττώσεις, οὐ μόνον κατὰ τὰς λεγομένας ἐκπνοὰς, ἀλλὰ καὶ παραχρῆμα φανερῶς, διά τε πτυέλων, καὶ μύξης, καὶ φλέγματος ἐν ταῖς ἀποχρέμψεσι, δι' ὧν ἁπάντων ἀποτρίβεται τὸ σῶμα τὰς νοσοποιοὺς αἰτίας. χρηστέον δὲ ταῖς εἰρημέναις τῆς φωνῆς ἐνεργείαις, οὔτε εἰκῆ, οὔτε ἀπερισκέπτως, καὶ μάλιστα τοῖς ἀσυνήθως ἐπὶ τὴν εἰρημένην ἄσκησιν ἐρχομένοις· ἀλλὰ μήτε φαύλων καὶ διεφθαρμένων μεστοὺς ὄντας ὑγρῶν, μήτε ἐπὶ μεγάλαις τοῦ στομάχου καὶ φανεραῖς ἀπεψίαις ἐπὶ τὴν διὰ τῆς φωνῆς γυμνασίαν ἀφικνεῖσθαι, ὅπως ἂν μὴ πλείων ἀνάδοσις τῶν διεφθαρμένων ἀτμῶν εἰς τὸ σῶμα γένηται, διὰ τῆς κατὰ τὴν εἰσπνοὴν, καὶ πάλιν ἐκπνοὴν, ἐνεργείας εὐτονωτέρας τὲ καὶ βιαιοτέρας γιγνομένης, ἐν τῇ τῆς φωνῆς εἰς μέγεθος καὶ πλῆθος παραυξήσει.

internam humiditatem evidentiſſime conſumi, declarat denſus vapor ex ore legentium prodiens. et ſuperfluitates vetuſtiorum humorum, qui unicuique meatui adhaerebant, quae excernuntur, non ſolum in praedictis exſpirationibus, ſed per alia, quae extemplo appareant, ut per ſputa, mucos, pituitam, quae expelluntur. quibus omnibus corpus ipſum cauſas morborum effectrices extrudit et reiicit. praedictis autem vocis actionibus neque temere, neque inconſulto utendum eſt, ac praeſertim iis, qui, huic exercitationi non aſſueti, incipiunt, neque etiam cum pravorum, corruptorumque humorum adſit copia. quin etiam vox non eſt exercenda tum, cum magnis et evidentibus cruditatibus ſtomachus obſidetur: ne ex actione inſpirationis et exſpirationis, quae firmior, et citatior facta ſit, dum vox in magnitudinem et multitudinem accrevit, vapores corupti largius per corpus diſtribuantur.

79. b) Pag. 100. vers. 25 αναγ. καὶ προφέρεσθαι.

80) Inmo αἱ. Refertur enim ad περιττώσεις. Vers. 3. vel ἀπρόσφοροι, vel ἀπρόσφορον, et vers. 6. βιαζόμεθα.

ΚΕΦ. κ.

Ἐκ τῶν Ἡροδότου. Περὶ τρίψεως ἀνασκευαστικῆς. Ἐκ τοῦ περὶ ποιουμένων βοηθημάτων λόγου.

Τὰς δὲ τρίψεις τὰς παραλαμβανομένας ἕνεκα πυρετῶν λύσεως, ἐν τοῖσδε τοῖς καιροῖς παραληπτέον. περὶ γὰρ τὴν ἀκμὴν τῆς νόσου τυγχάνουσιν ἐπιτήδειοι, οὐ κατὰ πάντα δὲ μέρη, ἀλλὰ περὶ τὰ ἔσχατα, ὡς μὴ μακρὰν τῆς παρακμῆς εἶναι. τῶν δὲ κατὰ τοὺς παροξυσμοὺς καιρῶν αἱετέον 81) τὴν ἐν τῇ παρακμῇ πρῶτον. ὑφορατέον δὲ τοὺς περὶ τοῖς μέσοις 82) φλεγμονὰς ἔχοντας, ὧν παρουσῶν, ἀδύνατόν ἐστι λυθῆναι τὸν πυρετόν. πεφυλάχθαι δὲ δεῖ καὶ τὰς δυσπνοίας καὶ τοὺς ἐπιφαινομένους ἱδρῶτας ἀτάκτας περὶ ὅλῳ τῷ σώματι ἢ περὶ τῷ προσώπῳ καὶ τραχήλῳ. τοὺς οὖν κριθέντας ἐπιτηδείως, 83) ἐν τῇ τῆς παρακμῆς ἀρχῇ, θέρους 84) καὶ φθινοπώρου, ἐν εὐκράτῳ τόπῳ κατακλιτέον. ἔχοιμεν δ' ἂν ὑδρέλαιον θερμὸν ἐν ἑτοίμῳ, συνεμβεβλημένου 85) ἀφρονίτρου ὀπτοῦ. ἡ δὲ τρίψις, ἐπὶ μὲν τῶν νεωτέρων καὶ βραχυτέρων, γιγνέσθω διὰ τεσσάρων· ἐπὶ δὲ τῶν ἀκμαζόντων καὶ μειζόνων, δι' ἓξ τριβέσθωσαν. τριβέτωσαν δὲ οἱ μὲν, βραχίονας μέχρι τῶν ἐν χερσὶ δακτύλων· οἱ δὲ, θώρακα μέχρι βουβώνων· οἱ δὲ, σκέλη μέχρι ποδῶν· περιχυθέντος δὲ τοῦ λίπους παραγέτωσαν ἄνωθεν κάτω τὰς χεῖρας, πᾶν μέρος τρίβοντες· εἶτα

De frictione, quae ad ferbrim tollendam adhibetur. Ex libro Herodoti de auxiliis, quae fiunt. Cap. 20.

Frictiones, quae causa soluendae febris adhibentur, hisce temporibus sunt administrandae. conueniunt enim circa morbi statum, non omni quidem in parte, sed extrema, ut non longe a declinatione absit. in temporibus vero accessionum, primum in declinatione fieri debent. obseruandi tamen sunt, qui partes aliquas inflammationibus obsessas habent. nam si eae sint, dissolui febris nullo pacto poterit. quin obseruare etiam oportet spirandi difficultates, itemque sudores, qui sine ordine in toto corpore, aut vultu, et collo, sese ostendunt. ergo quibus facta crisis est, in principio declinationis, aestate atque autumno, accommodate in loco temperato reclinabis, atque inibi paratum hydrelaeum calidum, in quo aphronitrum tostum iniectum sit, habebis. frictio autem in iunioribus, et minoribus, a quatuor fiat: in iis vero, quorum aetas floret, quique maiores sunt, a sex administretur: ut alii brachia ad manus digitos usque fricent, alii thoracem usque ad inguina: alii denique crura usque ad pedes. effuso vero pingui aliquo, manus superne deorsum deducant, ita, ut pars omnis infricetur.

81) Ita in textu. In marg. legitur solum παραληπτέον. Equidem conjicio: αἱρετέον τόν.

82) In marg. μέρεσιν, loco μέσοις. τὰ μέσα μέρη videtur intelligere ea, quae thoraci subjacent. Rasarii *aliquas* contrarium est Graeco. Mox ter malim ἐπὶ, loco περί.

83) Forte, ἐπιτηδείους.

84) Ita in marg. In textu: θερμάς.

85) Vide Aët. II, 6o. et Dioscor. V, 131. p. 378. Mox vers. 24. malim. ἓξ. τριβέτωσαν δέ.

πρηνῆ σχηματίσαντες ἀναλόγῳ 86) τριβέτωσαν. καὶ κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς τῇ παραγωγῇ κούφῃ καὶ βραδείᾳ χρήσθωσαν· ὕστερον δὲ ταχείᾳ καὶ πεπιεσμένῃ· τὸ δὲ τελευταῖον, ἀνειμένῃ, 87) καὶ κατὰ πάντα ἐμφερεῖ τῇ πρώτῃ. διαψηλαφάσθω δὲ 88) καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν αὐχένα, ἐμβεβλημένου τοῦ λίπους. τριβέσθω δ' ἕκαστον μέρος ἐπὶ μὲν τῶν νεωτέρων, ὡς ἑκατοντάκις· ἐπὶ δὲ τῶν ἀκμαζόντων, διακοσιάκις· ἐπὶ δὲ τῶν ἀθλητικῶς βιούντων διπλασιαζέσθω τὸ πλῆθος. ἐν δὲ τῷ τρίβεσθαι, πολλῆς τῆς εὐαρεστήσεως οὔσης καὶ τοῦ πυρετοῦ συναποπαυομένου, παρούσης εὐπνοίας καὶ εὐχροίας, καὶ τοῦ περὶ τὸν σφυγμὸν μεγέθους μὴ παραπολὺ ταπεινουμένου, μηδὲ πυκνουμένου, προσανοιδούσης δὲ καὶ τῆς σαρκὸς μετ' ἐρυθήματος, προσθετέον τῷ πλήθει. εἰ δὲ καὶ τριβομένοις ἱδρὼς γένοιτο, πρότερον μὴ γενόμενος, εἰδέναι δεῖ, καλῶς τε 89) προηγμένην τὴν τρῖψιν, καὶ ὠφελούμενον τὸν νοσοῦντα, ἔχοντα μέντοι χρείαν καὶ δευτέρας πείρας. οὐδὲ 90) ἐπὶ τῶν ἴσων παροξυσμῶν μένειαν, μηδενὸς ἀπαντήσαντος, ὡς πρὸς αἴσθησιν, μήτε ὠφελίμου, μήτε βλαβεροῦ, παρ' ἑαυτῶν λαμβάνοντας τὴν προτροπὴν, ἐπιμένειν δεῖ τοῖς κριθεῖσιν. ἔσται γὰρ φανερὰ τὰ τῆς ὠφελείας ἐκ τῆς δευτέρας προσαγωγῆς. πᾶσι δὲ, μετὰ τὰς τρίψεις, ὕδατος θερμοῦ τὸ αὔταρκες ἐπιδοτέον. καὶ εἰ μὲν παρῆσαν οἱ τῆς ἀνέσεως καιροὶ, μετὰ τὴν ἀπὸ

deinde hominem pronum statuant, ipsumque ad eandem proportionem fricent: ac principio quidem levi manuum iniectione, lentaque utantur: deinde vero, celeri et comprimente: postremo vero, remissa, et quae in omnibus primae sit par atque similis. Iam vero etiam partes capitis, et ceruix, adiuncto pingui, contrectentur. Partes autem singulae, in iunioribus centies, in florenti aetate ducenties fricentur: in iis, qui athletarum more vitam degunt, duplicandus est numerus. Interim vero, dum frictio administratur, si multa hilaritas adsit, simulque febris sedetur, facilisque respiratio, et bonus color appareat, et pulsus magnitudo non ita multum sit imminuta, neque densus pulsus sit, et caro in tumorem adiuncto rubore sit elata, tum numero frictionum aliquid debet accedere. at si iis, qui fricantur, sudor prodeat, qui prius non apparebat, tum scire convenit, recte progressam esse frictionem, et inde utilitatem aegrotanti fuisse allatam: et tamen eum secunda quoque experientia indigere, neque etiam, cum pares accessiones fiunt, nihilque occurrit, quod, sensus iudicio, utile, aut noxium sit, sed per se ipsae impulsus capiunt, expectanda crisis est. nam ex secunda administratione perspicua utilitas apparebit. omnibus porro post fri-

86) Forte, ἀναλόγως.

87) In textu: ἀναμένει. In marg. ἀνημένῃ. Sic.

88) δὲ in margine additum.

89) Forte, προσηγμένην. Mox est, προσαγωγή. Item circa finem hujus capitis, προσηγμένην.

90) Forte, ὅταν δέ.

τοῦ βοηθήματος ταραχὴν καὶ τὴν ἀποκατάστασιν τοῦ βρασμοῦ, θρεπτέον. ἐπὶ δὲ τῶν μηδεπῶς 91) ἐξανιεμένων περιμείναντες τὰς παντελεῖς ἀνέσεις, θρέψομεν ἐν τοῖς μέσοις χρόνοις, ἄφθονον ποτὸν διδόντες, καὶ μᾶλλον τοῖς ἐν τῇ ξηρότητι μένουσι· τὰς δὲ τροφὰς δοτέον ὑγρὰς καὶ θερμάς. εἰ δὲ χειμὼν εἴη, τὰ τῆς ἐπιμελείας ἐν θερμοτέρῳ γιγνέσθω τόπῳ, καὶ τῷ ἐλαίῳ ἀφρόνιτρον μικτέον, καὶ οἴνου τὸ δέκατον μέρος. ἐν δὲ ταῖς ἐκ δευτέρου προσαγωγαῖς, εἰ μὴ χαλασθεῖεν, ἐῤῥωμένης τῆς δυνάμεως καὶ τῶν σφυγμῶν ἐπὶ τοῦ ἰδίου μεγέθους μενόντων, ἔτι δὲ τῆς ἀναπνοῆς οὐδεμιᾶς ταραχῆς ὑπόνοιαν ἐμφαινούσης, ἀναλαμβάνοντας ἀπὸ τῶν τρίψεων, ἐγκαθίζειν δεῖ τινὰς 92) καὶ ἐξαντλεῖν, ὡς ἐντεῦθεν χαλασθησομένων τῶν σωμάτων, καὶ τοῖς κατὰ τοὺς ἱδρῶτας ὅμοιόν τι μετὰ συγκρίσει ἀπεργαζομένης, αἱ δὲ ὠφέλειαι ποικιλώτερον συναντῶσιν. ἢ γὰρ μένουσιν, ὥσπερ ἔφην, ἐπὶ τῶν αὐτῶν πρὸς τὴν διάθεσιν ὠφελημένοι, ἢ μεταπίπτουσιν οἱ τύποι εἰς ἑτερογενεῖς 93) χαρακτῆρας, ἢ διακοπὰς λαμβάνουσιν, ἢ σφοδρυνθέντες αὐτῆς ἡμέρας ἐπαύσαντο. πολλάκις δὲ ἀσφαλεῖς ἐπιφέρουσι διαμονὰς, μεθ᾽ ἃς τὸν ἀγωνιστικὸν τῆς τρίψεως παραιτητέον τρόπον. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν προτέρων μενετέον, οὐ διὰ μικροῦ τὸ ἀποτέλεσμα 94)

ctionem, aquae calidae, quod fatis fit, dandum eft; sique tempora remiffionis adfint, poft turbationem, quam auxilium hoc attulit, et poft fedationem concuffionis, alendus aeger eft. at in quibus nihil quicquam remittitur, eos perfectas remiffiones expectando nutrimus, in mediis temporibus largum potum dantes, et praefertim iis, quos ficcitas male habet. alimenta vero liquida et calida danda funt. Si hyems fit, ea, quae ad curationem pertinent, in loco calidiore fiant: oleoque aphronitrum mifceatur, et vini decima pars indatur. In fecundis vero frictionibus, si non laxentur, virefque corporis validae fint, et pulfus in propria magnitudine permaneant, nec ulla turbatae refpirationis nota videatur, a frictione refectos infidere oportet, atque perfundi: ut inde laxandis corporibus, fimile quippiam iis, quae per fudores fiunt, * poft crifin perficiatur: atque utilitates magis variae extent. nam vel manent in eodem ftatu, ut ante dixi, adiuti ad morbum difcutiendum: vel typi in alterius generis formas tranfeunt: vel intermiffiones capiunt, vel fiunt vehementiores, et eodem die ceffant. faepe etiam tutas perfeverantias inferunt, poft quas laboriofus frictionum modus cavendus eft: fed in primis frictionibus manendum, cum non procul finis confpiciatur. si vero intendas manuum iniectionem, neque ferant, ulcerifque fen-

91) Forte, μηδέπω.

92) τινὰς et ἐξαντλεῖν dubia mihi videntur. Rasarius videtur voluisse, ἐκλυτιλᾶν. Vicina quoque funt dubia.

93) χαρακτῆρας, ἢ in margine folum legitur.

94) Forte, προσδοκῶντα, εἰ δὲ τῆς.

προσδοκῶν, τάσει δὲ τῆς τῶν χειρῶν 95) ἐπιθέσεως μὴ ἀνέχοιντο, ἑλκώδους τῆς ἀφῆς αἰσθανόμενοι, παύεσθαι δεῖ τῆς τρίψεως· εἰ δὲ τριβόμενοι πλείονος τῆς περὶ αὐτοὺς θέρμης ἀντιλαμβάνοιντο, καὶ τοῦτο ἀεὶ, καὶ μᾶλλον πάσχοιεν· παρείη δέ τι καὶ ἄλλο δυσαρεστικὸν σύμπτωμα· καὶ οὕτως ἀποστατέον τῆς τοιαύτης βοηθείας, ἄποπτον 96) αὐτοῖς θερμὸν διδόντας, καὶ τοὺς τῆς ἀνέσεως περιμένοντας χρόνους, εἰς τὴν τῶν λοιπῶν προσαγωγήν. εἰ δὲ τῆς τρίψεως, ἐπὶ χρονίων καὶ διαλειπόντων τῶν πυρετῶν παραληφθείσης, συμβαίη συνεχῆ καὶ σφοδρὸν πυρετὸν ἐπακολουθῆσαι· οὐ δεῖ ταράττεσθαι, ὡς τοῦ πράγματος ἐπὶ κακῷ γεγονότος. ταχὺ γὰρ τὸ ἐντεῦθεν ἀποκαθίσταται. χρηστέον δὲ ἀνασκευῆς χάριν πυρετῶν τρίψει, καὶ ἐφ' ὧν μαλακοὶ πυρετοὶ καὶ χλιώδεις, 97) ἤτοι ἐξ ἀρχῆς συστάντες παρέμειναι ὁμοειδῶς, ἢ ἀπὸ σφοδρῶν καὶ χαλεπῶν πυρετῶν παρακμάσαντας 98) εἰς τοιαῦτα μεγέθη περιῆλθον. ἐπειδὰν δὲ, ἤτοι τοὺς μὴ δεομένους τρίψεως, ἐπιτηδείους κρίνωμεν, ἢ μὴ ἀσφαλῶς καταλάβωμεν 99) τοὺς καιροὺς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρὰ τὴν ἰδιοσυγκρισίαν τοῦ νοσοῦντος· διόπερ ἀναγκαῖον τὰς ἐκ τούτων ἐπιθεωρεῖν βλάβας. ὅταν γὰρ οἱ γενόμενοι ἀπὸ τῆς τρίψεως πυρετοὶ σφοδροὶ μὲν ὦσιν, ἀκλινεῖς [illegible] εἰδέναι δεῖ, μὴ ἐπ' ἀγαθῷ προσηγμένον τὸ βοήθημα. ὁμοίως, εἴπερ νωθεῖς καὶ ὑπνωδέστεροι παρ' ὅλην γίγνοιντο τὴν θερμασίαν, κοπτώδεις 100) δὲ τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἀναπνοὴν παχυ-

ſum tactus inuehat, a frictione deſiſtendum. si vero fricando multum circa ſe calorem ſentiant, idque ſemper, et maiore itidem malo afficiantur, adſit vero etiam aliquod ſymptoma implacidum: tunc a tali quoque auxilio abſtinendum eſt, cum eis immenſum calorem afferamus: et, ut caetera adhiberi queant, tempora remiſſionis expectabimus. si vero adhibita frictione in diuturnis et intermittentibus febribus accidat, ut continua et vehemens febris ſubſequatur, moveri et turbari non debemus, quasi res male cedat: quandoquidem inde ſtatim aeger receabitur. Iam vero frictionem quoque tollendae febris cauſa adhibere debemus in iis, qui febres molles, et tepidas habent, quae vel ab initio tales in eadem forma perſtiterunt, vel ex vehementibus et diffioilibus febribus declinantes, ad haſce magnitudines pervenerunt. quibus vero frictiones adhibendae non ſunt, diſcerni debent ex temporibus morbi, ne aliquid incommodi palam afferamus. quinetiam facta aegrotantis ſecum comparatione, id diſcernetur. quam ob rem noxae, quae inuehuntur, ſpectandae ſunt. nam cum febres, quae a frictionibus excitantur, vehementes ſint, nec declinent, ſciendum eſt, hoc auxilium non proficere. ſimili quoque modo, si ſegnes, et ſomnolentae per totum caloris tempus ſint, laſſumque corpus, reſpirationem denſiorem, et pulſus exigu-

95) Paullo ante malim, μακροῦ. ἐπιθέσεως ſolum in margine. Mox forte: ἑλκῶδές τι τῇ ἀφῇ αἰσθανομένους παύ.
96) Forte, ἄτοπον, *incommodum*. Forte, ἄτοπον αὐτοῖς θέρμην ἐμποιοῦντας.
97) Rasarius accepit loco χλιαρός. χλιώδης non inveni, ſed γλοιώδης et χλοιώδης.
98) Forte, παρακμάσαντες.
99) Codex: καταβλέβωμεν.
100) Rasarius videtur voluiſſe κοπῶδες. Vide pag. 107.

τέραν καὶ τοὺς σφυγμοὺς μικροὺς καὶ ἀμυδροὺς, ἔτι τε πυκνοὺς ἔχοιεν, ἐπὶ κακῷ προσηγμένην κριτέον τὴν τρίψιν. γένοιτο δ᾽ ἂν καὶ τρόμος καὶ σπασμὸς ἐξ ἀκαίρου 1) κατὰ πολλῆς τρίψεως. ὁμοίως κἂν ἄλγημά τι γένηται 2) ἡ φλεγμονὴ, περιοιδαούσης τῆς καθ᾽ ὅλον τὸν ὄγκον σαρκός. τούτοις δὴ τοῖς συμπτώμασιν ἀκριβῶς παρακουθοῦντας, ἐξ ἑτοίμου δεῖ πορίζεσθαι τὰς θεραπείας.

Κ Ε Φ. κα.

Ἐκ τῶν Ἀντύλλου. Περὶ περιπάτου. Ἐκ τοῦ λ. λόγου, τοῦ περὶ ποιουμένων βοηθημάτων.

Δύο εἴδη θετέον τοῦ περιπάτου, τὸ μὲν, ἐν βοηθήματος μοίρᾳ παραλαμβανόμενον· τὸ δὲ, εἰς ἀποθεραπείαν τοῦ σώματος. ὡς βοήθημα μὲν οὖν ἐγκρίνομεν περίπατον, ἐπὶ τῶν περὶ κεφαλὴν συμβαινόντων παθῶν καὶ τῶν περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὸν γαργαρεῶνα, καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν θώρακα, πλὴν αἵματος πτύσεως. χρήσιμος δὲ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ στομάχῳ πλαδῶντι καὶ ὀδυνομένῳ καὶ ἀποξύνοντι καὶ διαφθείροντι τὰς τροφὰς, καὶ γυναιξὶν ἐπεχομέναις κάθαρσιν, 3) ἐπιτήδειος, καὶ γαστρὸς ἰσχομένης, καὶ σιτίων μετεώρων ὄντων, καὶ οὔρου ἰσχομένου, ὀνίνησι καὶ τοὺς ἰσχιαδικοὺς, οὐ μετρίως, καὶ καθ᾽ ὅλου, ἐφ᾽ ὧν δεῖ, ἢ ἄνωθέν τι μεταῤῥυῆναι εἰς τὰ κάτω 4) χωρία, ἢ κάτω μὲν τὴν ῥοπὴν ἔχοντα, δεόμενα δὲ ἐκ-

os, et obſcuros, atque etiam frequentes reddant, tum frictionem male cedere iudicamus. ſed et tremor, et conuulſio ex frictione intempeſtiva et multa fiet: pariter etiam ex dolore inflammatio exorietur, carne in tota corporis mole intumeſcente. His ſymptomatis animum diligenter attendere, et copiam remediorum paratam habere oportet.

De inambulatione. Ex 30. libro Antylli, de auxiliis, quae fiunt. Cap. 21.

Deambulationis duo ſtatuenda ſunt genera, quorum alterum, ut auxilium, alterum ad corporis recurationem adhibetur. deambulare igitur auxilii gratia cenſemus in affectionibus, quae capiti, itemque oculis, gurgulioni, et thoraci, praeterquam in ſputo ſanguinis, contingunt. eſt vero etiam maxime utilis deambulatio ſtomacho humeſcenti, dolenti, et in quo alimenta coaceſcunt, et corrumpuntur. efficax eſt etiam ad mulieres, quibus ſuppreſſae ſunt purgationes: et cum aluus ſiſtitur, et cibi ſupernatant, et urina retinetur. non mediocriter quoque coxendicis morbis prodeſt: et ad ſummam, omnibus iis, in quibus neceſſe eſt, aut a ſuperioribus partibus ad inferiores aliquid defluere, aut quae ad inferiores partes propenſa feruntur, excernenda ſunt.

1) Forte: καὶ πολλῆς.
2) γένηται, ſolum in margine eſt. Mox malim ἡ, loco ἢ.
3) Forte, καθάρσεσιν. Ita pag. 108 eſt: καθάρσει ἐπεχομένῃ et, γαστὶ ἐπεχομένῃ.
4) Codex: καταχόρια.

κρίσεως. ἀποθεραπευτικῷ δὲ χρώμεθα περιπάτῳ, μετὰ στιβαρώτερα γυμνάσια, καὶ μετὰ καθάρσεις, τὰς ἀπὸ φαρμάκων, μετὰ ὑπάλειψίν τε ὀφθαλμῶν, καὶ μετὰ ἔμετον πολὺν, καὶ ἁπλῶς, περίπατος δύναται ὁ ἀποθεραπευτικὸς ἀνεῖναι μὲν ψυχὴν καὶ μεταστεῖλαι πνεῦμα καὶ εἰς τάξιν ἀγαγεῖν, λῦσαι τε τὰ συντεταμένα, καθάραι τε τὸν θώρακα, καὶ εὔπνουν παρασκευάσαι, ἐπιῤῥῶσαί τε τὰ αἰσθητήρια, καὶ ῥῶσαι τὴν γαστέρα· τὸ δὲ μέγιστον, πᾶσαν κοπώδη διάθεσιν ἐνοχλοῦσαν διαλῦσαι. δεῖ δὲ τὸν μὲν ἕνεκα βοηθείας παραλαμβανόμενον πλῆθος τε εἶναι πολὺ καὶ σύντονον, μετά τε ἀπερείσεως τῶν σκελῶν καὶ τῆς ἐπὶ τῶν πτερνῶν βάσεως, ἤπερ ἐπὶ τῶν στηθῶν 5) τῶν ποδῶν γίνεσθαι μετὰ ἐνστάσεως ἰγνύων. καὶ κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς ἠρεμαῖον· αὖθις δὲ συντονώτερον, ἔπειτα πάλιν ἀνειμένον· πλῆθος δὲ τὸ πρὸς δύναμιν ἐκλογιζέσθω. τὸν δὲ ἀποθεραπευτικὸν, ὀλίγον τὲ καὶ προσηνῶς ἀνείτατον, ἠρεμαῖον τε, μετὰ διαχύσεως τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος. οἱ μὲν οὖν ἠρεμαῖοι χρήσιμοι τοῖς ἀσθενεστέροις, ἔτι δὲ τοῖς μετὰ τροφὴν χρωμένοις τῷ περιπάτῳ, καὶ τοῖς ἄρτι ἐκ τῶν ὕπνων ἀναστᾶσι, καὶ τοῖς πρὸ γυμνασίων μειζόνων χρωμένοις, εἰς προπαρασκευὴν αὐτῶν, καὶ τοῖς δι᾽ ὀδύνην ἠντιναοῦν. οἱ δὲ εὔτονοι τοῖς ἰσχυροτέροις καὶ τοῖς κατεψυγμένοις, καὶ τοῖς δυσκίνητον καὶ νωθρὸν

Deambulatione vero apotherapeutica utimur, confectis gravioribus exercitationibus, et post purgationes, quas medicamenta fecerint, et post sublitionem oculorum, et post copiosum vomitum: et absolute, atque uno verbo, deambulatio apotherapeutica potest animum remittere, spiritum commutare, et in ordinem adducere: et quae distenta sunt, soluere, itemque thoracem purgare, et ut facile respirationem edat, efficere: instrumentaque sensus roborare, et ventriculum firmare: et quod maximi refert, omnem affectionem, quae lassitudinis sensum affert, quaeque perturbat, explicare, atque dissoluere. Ac deambulatio quidem, quae auxilii caussa suscipitur, et multa, et contenta esse debet: tum crura impariter movenda, calcibusque incedendum: tum pectoribus pedum cum poplitum contentione ambulandum. ac initio quidem quiete, deinceps vero vehementius. et rursus vicissim remittendum. quantitas autem ex viribus iudicetur. Verum quae recurandi caussa initur, pauca, et placide administrata, et quieta, cum animi corporisque effusione conjuncta esse debet. ex quo fit, ut quietae deambulationes imbecillioribus accommodate sint. eaedem quoque conueniunt iis, qui a cibo deambulationibus utuntur, itemque iis, qui nuper e somno sunt experrecti, et qui ante maiores exercitationes, ad eas ineundas, se deambulando praeparant: et qui parte quavis dolent. robustae vero deambulationes conueniunt valentioribus, perfrigeratis quique spiritum aegre trahunt, languidumque una

5) Appellatur etiam uno vocabulo προστηθίς. v. Pollux. pag. 250. Mox malim, ἐντάσεως.

μετὰ 6) δυνάμεως ἔχουσι τὸ πνεῦμα, καὶ τοῖς ἀργότερον τὸν ὄγκον τοῦ σώματος κεκτημένοις, καὶ τοῖς ἀναλαμβάνουσι, σάρκα περιβεβλημένοις ἀναληθῆ. οἱ δὲ μετὰ συνεντάσεως τῶν σκελῶν ἢ μετὰ τοῦ τὰς πτέρνας ἀπερείδειν· καταλληλότατοι κεφαλῇ πεπονθυίᾳ πισσινὴν 7) δή τινα, καὶ θώρακι ὑγροτέρῳ, καὶ ὑστέρᾳ ἀνεσπασμένῃ, καὶ καθάρσει ἐπεχομένῃ, καὶ ἀτροφίᾳ τῶν κάτω μερῶν, καὶ ὅλως, εἰς ὕλη τὴν ῥοπὴν ἄνω ποιεῖται. οἱ δὲ ἀσύντατοι, 8) τοῖς ἀτρεμαίοις ὅμοιοι τυγχάνοντες, εἰς τὰ αὐτὰ χρήσιμοι· οἱ δ᾽ ἐπ᾽ ἄκρων γινόμενοι τῶν δακτύλων, ἰδίως ὀφθαλμιῶσι τετήρηνται χρησιμεύοντες, καὶ γαστρὶ ἐπεχομένῃ· οἱ δὲ ἀνάντεις, θώρακι βραχυπνοοῦντι, καὶ πρὸ τροφῆς, καὶ ὅταν 9) ἀντὶ μειζόνων τινῶν γυμνασίων περίπατος 10) παραλαμβάνεται. οἱ δὲ κατάντεις, σκέλεσι μὲν κάματον ἐμποιοῦσι, τὴν δὲ ὕλην μᾶλλον τῶν ἄλλων περιπάτων καταβιβάζουσιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς κάτω συγκατάγοντες. οἱ δὲ ἀνώμαλοι χρήσιμοι τοῖς καταχέως 11) ἀπαυδῶσι πρὸς περίπατον· οἱ δὲ ἐν πεδίῳ κοπωδέστεροι μὲν τούτων, καταστῆσαι δὲ καὶ πνεῦμα, καὶ σῶμα τούτων ἱκανώτεροι· οἱ δ᾽ ἐν ἀποκρότῳ,

etiam cum viribus habent. quique ſegniore ſunt mole corporis, et qui carnem reficiunt, et conualeſcentibus. Quae vero cum intentione crurum, aut calcibus incumbendo fiunt, capiti male affecto ſunt accommodatiſſimae, itemque thoraci humidiori, et utero conuulſo, et purgationi ſuppreſſae, et cum partes infernae ex alimento fructum non capiunt: et omnino, quibus materia ſurſum repit, et fertur. Non intentae vero deambulationes placidis ſimiles ſunt, atque ad eadem valent. quae vero extremis digitis obeuntur, eas obſervatum eſt proprie lippientibus, et aluo ſuppreſſae utiles eſſe: acclives autem thoraci, qui ſpiritum exiguum ducat: idque ante cibum, et cum loco aliquarum maiorum exercitationum iniungitur deambulatio. declives vero, cruribus laborem afferunt illae quidem, ſed tamen magis, quam aliae materiam infra trahunt, cum eam a capite ad inferiores partes deducant. Inaequales vero utiles ſunt iis, qui cito deambulando fatigantur. quae in campo fiunt, magis laborioſae, quam hae ſunt: et magis etiam ſunt accommodatae ad ſpiritum, et ad corpus conſtituendum. quae loco aſpero fiunt, caput replent. quae in arena, et praeſertim profunda: (eſt enim hoc unum genus exercitationis vehementiſſimae:) efficaciſſimae ſunt ad

6) Forte, μετ᾽ ἀδυναμίας. Mox vocabula περιβεβ. ἀναληθῆ linea ſubnotata ſunt in Codice et eorum loco in marg. eſt: ἀναλήψει. De integritate horum vocabulorum non dubito. Ἀναληθὴς Stephanus in theſauro non habet: habent tamen Dionys. Halicarn. T. II. p. 15. Longinus p. 16.

7) πισσινὴν in Codice ſubnotatum linea. Conjicio, πᾶσιν.

8) Idem, quod ἀσύντονος.

9) Ita in marg. In textu: ὀπτᾷν.

10) Sic correxi, loco περιλαμβάνεται.

11) Ita. Sed ſyllaba κα notata punctis. Conjicio, κατα τάχος.

κεφαλῆς συμπληρωτικοί· οἱ δὲ ἐν ψάμμῳ, καὶ μάλιστα βαθείᾳ, γυμνάσιον 12) μὲν ἕν τι τῶν ἐμβριθεστάτων ἐστί· τονῶσαι δὲ πᾶν μέρος τοῦ σώματος ἱκανώτατοι, καὶ μεταγαγεῖν ὕλην ἐκ τῶν ἄνω μερῶν δυνατώτατοι· οἱ δ' ἐν μαλακῇ γῇ ἐγγίζουσί πως τοῖς ἐν ψάμμῳ· οἱ δ' ἐν λειμῶνι, προσηνέστατοι καὶ ἀπληκτότατοι καὶ ἀσυγκινώτατοι· συμπληρωτικοὶ δ' εἰσὶ κεφαλῆς, διά τε τὴν εὐωδίαν καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς ὑγρότητα· οἱ δὲ ἐν ταῖς ὁδοῖς, τοῖς 13) ἐν περιπάτοις ἀκοπώτεροι· οἱ δὲ ἑξελιγμοὺς ἔχοντες, βλαβεροὶ τοῖς περὶ τὴν κεφαλήν· 14) οἱ δὲ ἐπιμήκεις, τοῖς ἐν ταῖς ὁδοῖς εἰσὶ παραπλήσιοι· οἱ δὲ ὑπερῷοι πάντων περιπάτων προκριτέοι. τῆς γὰρ ἐκ τῆς γῆς ἀναθυμιάσεώς εἰσιν ἀπηλλαγμένοι, ἀέρα τε καθαρώτερον ἔχουσι· καὶ τούτων ἐπιτηδειότεροι, οἱ ἐπὶ σανίδων κατεστρωμένων γινόμενοι· ὑπείκουσι γὰρ, τήν τε κεφαλὴν κουφίζουσι, καὶ τὴν ὕλην κατασπῶσιν. ὀλιγότης δὲ περιπάτου ὀνίνησι τοὺς κεκμηκότας, τοὺς 15) ἀπὸ γυμνασίων μὴ λουομένους, τοὺς ἐπὶ τροφῇ δεομένους περιπάτου, τοὺς βαρύτητος ἀντιλαμβανομένους περὶ τὸ σῶμα. πολὺς δὲ περίπατος ὠφελεῖ τοὺς περὶ κεφαλὴν ἢ θώρακα 16) διάθεσιν ἔχοντας, καὶ τοὺς τὰ κάτω μέρη τοῦ σώματος ἠτροφηκότας, καὶ τοὺς 17)

omnes partes corporis firmandas, et potentissimae ad materiam e supernis ad infernas partes deducendam. quae vero in terra molli fiunt, proxime accedunt ad eas, quae in arena fiunt. quae in pratis exercentur, blandissimae sunt, nihil omnino sensus tentant, nihil commovent, sed tamen caput implent, cum propter odoris suavitatem, tum propter humiditatem, quae in eis inest. quae vero in viis fiunt, minore cum labore fiunt, quam eae, quas in locis deambulationibus dicatis obimus. quae vero habent inuolutiones, sunt capiti noxiae. Oblongae vero, similes sunt iis, quae in viis fiunt. quae vero in locis superioribus domus fiunt, caeteris omnibus sunt anteponendae. nam et vaporum, qui e terra efferuntur, sunt expertes, et aërem habent puriorem. atque ex eis accommodatiores etiam sunt, quae fiunt in locis, quae tabulis sint strata. siquidem obsecundant, et caput levant, et materiam deorsum trahunt. exigua deambulatio prodest iis, qui fatigati sunt, quique post exercitationes loti non sunt: et iis, quibus a cibo deambulationibus opus est: quibus gravitas est in corpore. multa vero deambulatio juvat eos, qui caput, aut thoracem male affectum habent, et quibus infernae corporis partes non nutriuntur: et qui in exercitationibus vehe-

12) Forte, γυμνασίων.
13) Immo, τῶν ἐν.
14) Deest verbum, veluti, νοσοῦσι.
15) Ἀπὸ et ἐπὶ habent quidem diversam constructionem h. l. veruntamen plane idem notant, nimirum *post*. Recte haec accepit Rasarius.
16) Διάθεσιν, nimirum *παρὰ φύσιν, affectionem contrariam naturae*. v. Galen. method. med. II, 3. et hic p. 112.
17) Στιβαρωτέρου. Interrogo *cujus στιβαρωτέρου*; Rasarius ergo de suo largitus est κινήσεως, seu motu. Sed id violentum et arbitrarium est. Equidem conjicio: τοὺς γυμνασίου στιβαρωτέρου.

ἐν γυμνασίῳ στιβαρωτέρου δεομένους. καὶ οἱ μὲν 18) παρὰ θάλασσαν, ξηραντικοὶ καὶ λεπτυντικοὶ τῶν ὑλῶν· οἱ δὲ παρὰ ποταμοῖς ἢ λίμναις, ὑγραντικοί· κακίους δὲ, οἱ παρὰ λίμναις· οἱ δὲ ἐν μεσογήοις 19) τῶν μὲν ἄλλων τῶν προειρημένων βελτίους εἰσί· τῶν δὲ παρὰ θάλασσαν ἀπολείπονται· οἱ δὲ ἐν δρόσῳ, τοῖς μὲν παρὰ λίμναις ἀφομοίωνται· οἱ δὲ ἐν ἀπεπταμένοις, 20 a) διαφορητικώτατοι καὶ κουφιστικώτατοι περιπάτων 20b) εἰσί· παραπλησίως δὲ καὶ οἱ ἐπὶ ὑψηλῶν χωρίων· οἱ δὲ ἐν κοίλοις χωρίοις καὶ φάραγξι· δύσκρατος γὰρ ὁ ἐν αὐτοῖς ἀὴρ καὶ μοχθηρός· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ κατάστεγοι, χείρους τῶν ὑπαιθρίων. συμπληρωτικοὶ γὰρ, καὶ μάλιστα εἰ ταπεινὰ τὰ τῆς στέγης εἴη. καὶ ὁ 21) μὲν ἐν ἐννηνέμῳ, διαφορητικοί τε καὶ διασκορπιστικοὶ τῶν περιττωμάτων, καὶ ἀνετικοὶ, καὶ ἄπληκτοι· τῶν δὲ ἐν πνεύματι, οἱ μὲν ἐν βορείῳ, βήχους γεννητικοὶ καὶ θώρακος βλαπτικοί· στόμαχον δὲ ἐκλυόμενον τονοῦσι, καὶ δύναμιν διαῤῥέουσαν συνιστᾶσιν, εὐαισθησίας δὲ ποιητικοί· οἱ δὲ νοτιώτεροι, συμπληρωτικοὶ κεφαλῆς, καὶ τῶν αἰσθητηρίων ἀμβλυντικοὶ, κοιλίαν δὲ μαλάσσουσι καὶ εἰσὶ διαλυτι-

mentiore motu egent. Iam vero, quae prope mare fiunt, ſiccandi et materiam attenuandi vim habent. at quae circum flumina, et ſtagna fiunt, humectandi vim habent. veruntamen, quae prope ſtagna fiunt, deteriores cenſentur. quae vero in mediterraneis fiunt partibus, eae ſunt aliis, quae dictae ſunt, praeſtantiores: verum ſuperantur ab iis, quae prope mare obeuntur. quae in rore fiunt, ſimiles ſunt iis, quae ad ſtagna fiunt. quae in locis avium volatu frequentatis fiunt, efficaciſſimae ſunt ad evocandum per halitum, et ad levandum: ſimili quoque modo eae, quae in ſublimibus fiunt locis. at quae in cavis locis, et ſpeluncis: (aër enim ibi intemperatus, et vitioſus ineſt:) itemque, quae ſub tecto fiunt, deteriores ſunt iis, quae ſub dio. valent enim ad replendum vel maxime, si humili tecto caſa ſit munita. Quae loco ventis non perflato fiunt, valent ad evocandum per halitum, et ad excrementa diſpergenda, itemque remittunt, non feriunt. at ex iis, quae vento perflante fiunt, quae ſub borea, tuſſes excitant, thoracem laedunt, ſtomachum diſſolutum roborant, vires collabentes firmant, et ſenſuum integritatem afferunt: quae ſub

18) Notanda diverſa conſtructio τοῦ παρὰ, ſemel cum accuſativo, ter cum dativo. Utroque modo notat *iuxta*, *ad*, de loco. Sic et paullo poſt.

19) Vel, μεσογείοις, vel μεσογαίαις (χωρίοις, χώραις) voluit.

20 a) Hoc vocabulum linea ſubnotatum. Quomodo a Rasario redditum ſit, hic videre licet. ἀναπεπταμένα χωρία, ſunt *campi* et *loci patentes*. χωρίοις et hic addere malim, uti mox bis additum eſt. De ἀναπεπτ. videatur Zosimus p. 150. πεδίῳ — ἀναπεπταμένῳ τε ὄντι καὶ εἰς ἱππασίαν ἐπιτηδείῳ. Ibid. p. 155. πεδίον ἀναπεπταμένον. Utuntur eo, alio tamen ſenſu, Xenoph. p. 934. Philo p. 787. ubi tamen etiam *apertum* notat.

20 b) Moleſta haec eſt repetitio. Deberet ſaltem eſse, τῶν περιπάτων. Ego conjicio, ὑπὲρ πάντων, nimirum, περιπάτων, aut παρὰ πάντας.

21) Loco ὁ, corrigendum οἱ. Deinde, ſervato ἐν, quod linea ſubnotatum eſt, legendum, ἐν νηνέμῳ, ſcilicet, τόπῳ, χωρίῳ, aut, ἐν ἀνηνέμῳ. Polyaen. p. 250. ἀνηνεμία.

κοί· οἱ δὲ περὶ ζέφυρον γιγνόμενοι, πάντων ἄριστοι τῶν ἐν πνεύματι· 22) τὰς μὲν γὰρ αηδίας τῶν βορείων οὐκ ἔχουσι, αὐτῶν 23) μεταπροσηνείας ὁμοῦ καὶ διαχύσεως· οἱ 24) δὲ ἐν ἀφηλιώτῃ, κακοὶ, πληκτικοί· οἱ δ' ἐν ἡλίῳ διαχυτικοὶ καὶ συμπληρωτικοὶ κεφαλῆς, καὶ ἀνωμαλίας ποιητικοί· οἱ δ' ὑπὸ 25) δένδροις βελτίους τῶν ὑπὸ στέγην. ῥιπίζεται γὰρ ὁ ἀὴρ καὶ ὑγιεινότερος γίνεται· κατά 26) τε τὴν ποιότητα τῶν δένδρων ὠφέλειαν, ἢ βλάβην τοῖς σώμασι παρέχονται. καὶ οἱ μὲν ἐν αἰθρίᾳ, κουφιστικοὶ, διαφορητικοὶ, λεπτυντικοὶ, εὐπνοίας καὶ εὐκινησίας παρασκευαστικοί· οἱ δὲ ὑπονέφελοι, συμπληρωτικοὶ μὲν κεφαλῆς καὶ βάρους ἐμποιητικοί· διαφοροῦσι δὲ ἧσσον. καὶ οἱ μὲν ἑωθινοὶ κοιλίαν μαλάσσουσι καὶ τὰς νωθρότητας ἐκ τῶν ὕπνων ἀποδιαλύουσι, πνεύματα λεπτύνουσι· δειλινοὶ δὲ περίπατοι πρὸς ὕπνον παρασκευάζουσι καὶ τὰς ἐμπνευματώσεις σκορπίζουσιν.

austro, caput replent, sensuum instrumenta hebetant, aluum molliunt, atque ad dissoluendum valent. at quae zephiris spirantibus fiunt, eae praestant caeteris omnibus, quae in vento fiunt. non habent enim boreae insuavitates, cum eis mansuetudo simul atque iucunditas sit conjuncta. quae in apeliote fiunt, malae sunt, et feriunt. quae in sole, effundunt, et caput implent, et inaequalitates gignunt. quae sub arboribus fiunt, meliores sunt iis, quae sub tecto. aër enim ventilatur, et redditur salubrior, eaeque conuenientes arborum qualitatibus, aut nocent corporibus, aut prosunt. quae vero coelo sereno, levant, per halitum evocant, attenuant, bonam respirationem, et movendi facilitatem parant: quae nubilo, caput implent, gravitatem important, minusque per halitum evocant. ac matutinae aluum molliunt: et segnitiem e somno contractam dissoluunt, spiritusque attenuant. vespertinae vero ad somnum hominem praeparant, et inflationes dispergunt.

ΚΕΦ. κβ.

Περὶ δρόμου. Ἐκ τῶν Ἀντύλλου. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ὁ δρόμος, σύντονος ὢν περίπατος, ἐν τοῖς συντόνοις κατατάσσεται γυμνασίοις· ἐπιτή-

De cursu. Ex eodem Antylli libro. Cap. 22.

Quoniam cursus est deambulatio vehemens et concitata, ideo inter vehe-

22) τῶν ἐν πνεύματι, nimirum, γινομένων περιπάτων. Mox correxi, γὰρ αηδίας, loco, παρανδείας. Malim quoque, πρὸς ζέφυρον.

23) μετὰ προσηνείας scribendum esse, facile quivis animadvertit. Quid autem sibi velit αὐτῶν, id expiscari nequeo. Forte tale aliquid in eo latet, quod notet ἀπαντῶσι, aut ἄουσι δὲ, nimirum οἱ ζέφυροι.

24) Codex uno vocabulo: ἐναφηλιώτῃ. Dicitur ἀπηλιώτης et ἀφηλιώτης. Apud Arrianum de expedit. Alex. M. p. 202. 203. utroque modo editum.

25) ὑπὸ cum notat *sub*, dativum et accusativum habet. στέγην est ex correctione. antea, credo, fuerat στέγειν. Forte, loco στέγει.

26) Hoc τε post se requirit καί. καὶ ante δένδρων deletum. Forte: κατὰ δὲ τὴν — δένδρων, ἢ ὠφέλειαν — παρέχεται. Mox vers. 17. malim, πνεῦμα δὲ λεπτ.

δειος δὲ κατὰ τὴν χειμερινὴν ὥραν· ὁμοίως δὲ καὶ θέρους μέσου. 27) χρήσιμος δὲ εἰς τὸ θερμάναι τὸ σῶμα, ὄρεξιν ἀνακαλέσασθαι καὶ ἐπιῤῥῶσαι τὰς τῆς φύσεως ἐνεργείας, στόμαχον τονῶσαι, καὶ ῥεῦμα στῆσαι. εἰ γὰρ καὶ τὴν πρώτην δοκεῖ παροξύνειν τὰ ῥεύματα, ἀλλ' ἐξ ὑστέρου στέλλει τοὺς ῥευματισμούς· πληροῖ δὲ κεφαλήν. ἐπὶ δὲ νεφριτικῶν καὶ γονοῤῥοϊκῶν, ὡς τετηρημένον βοήθημα, δρόμον παρειλήφαμεν. ὀνίνησιν ἰσχιαδικούς, ἐπὶ μὲν τὴν ἀρχὴν τοῦ δρόμου μόγις παραγινομένους· ἐν αὐτῷ δὲ τῷ τρέχειν, ὥσπερ ἐπιλανθανομένους τῆς διαθέσεως. ἐπὶ δὲ στροφουμένων, καὶ μύκητας βεβρωκότων, καὶ σκορπιοπλήκτων αὐτοὶ παρεφυλάξαμεν ὠφελοῦντα 28) δρόμον. τὰς μὲν οὖν διαφορὰς, τάς τε παρὰ ποιότητα, καὶ ποσότητα, καὶ τὰς παραπλησίους, ληψόμεθα ἐκ τῶν πρόσθεν εἰρημένων ἐπὶ τῶν περιπάτων. περὶ δὲ τῶν οὐκ εἰρημένων· εἰσὶ δὲ βραχεῖαι· 29) νῦν ῥητέον. ἔστι μὲν οὖν ὁ μέν τις εἰς τοὔμπροσθεν ἐπ' εὐθείας, ὃς αὐτὸ τοῦτο εἴληφεν ὄνομα· ὁ δὲ εἰς τοὐπίσω, ὅντινα καὶ ἀνατροχισμὸν καλοῦσιν· ὁ δὲ ἐν κύκλῳ, καὶ τοῦτον περιτροχισμὸν καλοῦσιν. ὁ μὲν οὖν εἰς τοὔμπροσθεν, τὰ ἤδη προειρημένα δύναται· ὁ δὲ εἰς τοὐπίσω, ὁ ἀνατροχισμὸς, κεφαλῇ, καὶ ὄμμασι, καὶ τένουσι, καὶ στομάχῳ, καὶ ὀσφύι 30) χρήσιμος, οὐ ταχὺς γινόμενος. διὸ οὐδὲ

mentes exercitationes numeratur. eſt vero accommodatus hyberno tempore, itemque aeſtate media. Valet autem ad corpora calfacienda, appetitum revocandum, et ad naturales actiones corroborandas, et ſtomachum firmandum, et defluxiones evocandas. etſi enim primum defluxiones videtur excitare, eas tamen poſtea cohibet et comprimit. verum caput implet. In renum autem morbis, et feminis profluvio, ut aſſervatum quoddam auxilium, nos curſum adhibuimus. prodeſt iſchiadicis, in quibus in curſus initio vix moveri poſſunt, ſed ubi in curſu ſunt, ita properant, ut morbi propemodum obliti videantur. In iis vero, quorum viſcera torquentur, et qui fungos eſitarunt, et qui a ſcorpionibus icti ſunt, nos curſum profuiſſe obſervavimus. ergo differentias, quae ex qualitate, et quantitate ſumuntur, et caeteras etiam generis ejuſdem, ex iis intelligemus, quae ſupra de ipſis deambulationibus dicta ſunt nobis. at, quae non dixerimus, quae quidem ſunt perpauca, ea nunc perſequemur. eſt ergo curſus quidam, qui recta ad anteriora fit, qui inde etiam nomen duxit: alius in poſteriora, quem recurſum vocant: alius in orbem, quem circumcurſum nominant. ex quibus is, qui ad anteriora fit, ea praeſtat, quae iam diximus. at recurſus in poſteriora, is non celeriter initus, et capiti, et oculis, et tendinibus, et ſtomacho, et lumbis

27) Codex: μέσα. Et paullo poſt: ὄρεξις. Vers. 7. malim: πληροῖ δὲ καὶ κεφαλήν.

28) Interposuerim, τόν.

29) Nimirum, διαφοραί. Mox malim εἴληφε τὸ ὄνομα. Nimirum εὐθύδρομος.

30) Ita ex correctione. Antea, credo, ὀσφύσι. Loco ὄμμασι, margo habet ὤμοις.

συμπληροῖ τὴν κεφαλὴν, ἥ τε ἀναβάδισις ἀναγκάζουσα ϛερεώτερον βαίνειν, καὶ ἐπὶ ἄκρων τῶν ποδῶν, ὑπὲρ τοῦ μὴ καταπεσεῖν, καθέλκει τὴν ὕλην κάτω. περιτροχασμὸς δὲ, θώρακι μὲν καὶ σκέλεσι κατάλληλός ἐϛι· τοῖς 31) δὲ περὶ κεφαλὴν ἀνάρμοϛος. οἱ μὲν οὖν μετὰ τοῦ σκέπεσθαι τὸ σῶμα δρόμοι, θερμαίνουσι τὴν σάρκα, καὶ ἱδρῶτας κινοῦσιν· οἱ δὲ χωρὶς τοῦ σκέπεσθαι, ἱδρώτων μὲν οὐ πολλῶν εἰσὶ γεννητικοί· κατὰ δὲ τὸ ἄδηλον, ἰσχυρῶς διαφοροῦσι, καὶ σκληρύνουσι δὲ καὶ ἀναξηραίνουσι τὰ σώματα.

Κ Ε Φ. κγ.

Περὶ 32) αἰωρίας. Τοῦ αὐτοῦ. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Τὰ μὲν ἄλλα γυμνασία ἐν τῇ τοῦ σώματος κινήσει κεῖται· ἡ δὲ αἰώρα συμμιγής ἐϛιν, ἔκ τε κινήσεως καὶ σχέσεως, τῶν μερῶν τοῦ σώματος ἀνατρεμούντων, 33) παντὸς 34) δὲ ὑπὸ τῆς φορᾶς κινουμένου· ἐντεῦθεν ὠφελιμώτατόν τε γυμνάσιον καὶ προσηνέϛατον, 35) κινοῦσά τε αὐτὰ οὐδὲν ἧσσον τῶν μεγάλων γυμνασίων. δύναται δ᾽ αἰώρα 36) πᾶσα ἐπεγείρειν τὸ ἔμφυτον θερμόν· σκορπίζειν τε πλῆθος ὕλης, τονοῦν τε τὴν ἕξιν καὶ ἐπεγείρειν τὰ νεναρκωμένα τῶν ἐνεργημάτων, πρὸς δὲ καὶ, νωθρότητος 37) διαλυτική, καὶ ταράχου τοῦ περὶ σῶμα καταϛαλτική, ὕπνου τε τοῖς ἠγρυπ-

accommodatus eſt, atque utilis. idcirco non replet caput. porro inceſſus, qui pedibus in altum ſublatis fit, qui cogit, ut firmius ſummis pedibus incumbendo homines vadant, ne concidant, materiam infra trahit. Curſus vero in orbem, thoraci, et cruribus accommodatus eſt: at capiti eſt alienus. Ergo curſus, qui tecto corpore ineuntur, ii carnem calfaciunt, et ſudores movent: qui non tecto corpore, non magnam illi quidem ſudorum copiam eliciunt, veruntamen clam vehementer per halitum evocant: atque etiam corpora durant, et exſiccant.

De geſtatione. Eiuſdem, ex eodem libro. Cap. 23.

Aliae exercitationes in motu corporis conſiſtunt: geſtatio vero media eſt inter motum, et ſitum partium corporis quieſcentium. Cumque totum corpus ferendo moveatur, inde exiſtit utiliſſima exercitatio, quae ipſas itidem partes non minus, quam magnae exercitationes, moveat. Omnis autem geſtatio poteſt naturalem calorem augere, et materiae multitudinem diſcutere, et habitum corporis firmare, et actiones ſtupidas excitare, et ſegnitiem praeterea diſſoluere: et corporis turbationem ſedare, et iis, quos vigiliae exercent, ſomnum conciliare: et contra etiam ve-

31) *τὰ περὶ κεφαλὴν, quae caput attinent.* Niſi exciderit πόθεσι, vel aliud eiusmodi. Vide p. 106. vers. 10.

32) Supra in principio Codicis, in indicibus, rectius legitur, αἰώρα, ſicuti hic quoque paullo poſt.

33) ἀτρεμούντων volu t.

34) Nimirum, σώματος Malim vero, τοῦ παντός

35) Si quidem haec ſana ſunt, κινοῦσα refertur ad αἰώρα, αὐτὰ, ad τὰ μέρη τοῦ σώματος.

36) Codex: αἰωρέα.

37) Codex: νωθρότητας, et mox, ἠγρυπνικόσι.

κηπόσι παρασκευαστική, καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων, 38) ἐπιστροφῆς τε καὶ ἐγρηγόρσεως τοῖς νωθροῖς καὶ διαλελυμένοις. τὸν μὲν γὰρ ὕπνον ἐπάγει, τῷ διαφορεῖν τά τε ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ στομάχου περισσώματα· τούτων μάλιστα τῶν μερῶν ἀγρυπνίας ὄντων ποιητικῶν· τὴν δὲ ἐγρήγορσιν ἐργάζεται, εὐστρέφουσα 39) καὶ ἐπιρωννύουσα τὸν τόνον. διαφοραὶ δὲ αἰώρας, ἄνευ 40) τῶν κοινωνίας εἰρήκαμεν ἐν τῷ περὶ τοῦ περιπάτου λόγῳ, ἴδιαι αἵδε. ἥ τε ἐπὶ κλίνης, ἢ ὑπόβαθρα ἐχούσης κατὰ τοὺς διαγωνίους πόδας, ἢ ἐν φορείῳ. διπλῆ δὲ καὶ ἥδε, ἤτοι καθεζομένων τῶν αἰωρουμένων, ἢ κατακειμένων· ἢ ἐπὶ ζεύγους, ἢ ἐπὶ νηάς. καὶ τῆς ἐπὶ νηὰς δὲ, ἡ μὲν τῆς οὐριοδρομούσης, ἡ δὲ ἐρεσσομένης. θετέον δὲ ἐν αἰώρας μέρει καὶ ἱππασίαν, εἰ καί τινες 41) περὶ αὐτὴν ἰδίᾳ λέγονται. τῇ μὲν οὖν ἐπὶ κλίνης αἰώρᾳ χρηστέον, ἐπί τε πυρεσσόντων, ἢ τῶν ἀῤῥωστίαν χρονίαν ἀῤῥωστούντων, ἐπί τε ἐλλεβοριζομένων, ἔν τε ἀναλήψει χρήσιμος ἐπὶ τῶν ἀτονούντων. ἔτι καὶ τοῖς ἀγρυπνοῦσι, τοῖς ὀκνηρῶς διακειμένοις, τοῖς ἐπιτεταμένοις κυνωδῶς τὰς ὀρέξεις, παύουσα τὴν ἐπίτασιν, τοῖς βραδέως διοικοῦσι τὰς τροφὰς, τοῖς πρὸς τἄλλα γυμνάσια δυνατῶς 42) ἔχουσι. κατὰ τὸ ἀνάλογον δὲ καὶ τοῖς χρονίως ἀῤῥωστοῦσιν ὠφέλιμος. ἀλλὰ τὸ μὲν ἕτερον εἶδος, τὸ διὰ τοῦ κρεμαστοῦ κλινιδίου, καὶ πρὸ τροφῆς, καὶ ἐπὶ τροφῇ χρήσιμον· τὸ δὲ ἕτερον, ἄχρηστον μὲν, ἐπὶ τροφῇ. ὁ δὲ τρόπος τῆς χρήσεως αὐτῶν, ἐν τῷ περὶ ἐλλεβόρου δεδήλω-

ternosis et dissolutis reditum ad se, et vigilias parare. ac somnnm quidem conciliat, excrementa, quae a capite et stomacho delabuntur, per halitum digerendo: cum hae partes sint vigiliarum causae praecipuae. at vigilias postea inducit, corporis tenorem ad se revocando, et corroborando. Gestationis autem differentias communes, in oratione, quae de ambulationibus habita est, exposuimus. propriae vero sunt hae. una in lectica fit, quae fulcra habeat lineis ab angulo ad angulum per pedes distincta: vel fit in sella, haecque duplex est, vel sedentibus iis, qui gestantur, vel iacentibus. vel in vehiculo: vel in navi. ac in navi quidem, quae aut ventis, aut remigibus impellatur. Gestationi quoque subiiciatur equitatio: quamvis nonnulli de ea privatim loquantur. Ergo gestatione, quae in lectica fit, utimur in febricitantibus, aut qui diuturna imbecillitate laborant, quique elleborum sumserunt. atque etiam, dum vires reficiuntur, cum imbecilli adhuc homines sunt, prodest: itemque vigilantibus, quique segnitie et pigritia quadam sunt oppressi, et iis, quibus caninum in modum appetitus est intentus, quippe quae intentionem illam sedet. et iis, qui tarde alimentum conficiunt: et iis, qui alias obire exercitationes non possunt. eadem quoque proportione iis, qui diuturno morbo impliciti sunt, utilis est. sed aliud genus, quod lectulo

38) ἐπιστροφὴ est, *attentio*, *animadversio*, quae opponitur negligentiae et lentitudini animi.

39) Forte, ἐπιστρέφουσα.

40) Legendum arbitror: ἄνευ τῶν κοινῶν, ἃς εἰρήκαμεν. Ante scriptum erat, κοινωνίας, deinde iota insertum. Temere ergo invicem junxit κοινῶν et ὅς.

41) Malo: περὶ αὐτῆς ἰδίᾳ λέγουσιν, aut, διαλέγονται. Sic bis scribenda erat syllaba δια.

42) Recte in marg. ἀδυνάτως. Mox correxi τὸ, loco τοῦ ἀνάλογον.

ται. ἐν φορείῳ δὲ κατακειμένους αἰωροῦμεν πυρέσσοντας· τούτων δὲ ληθαργικούς τε μᾶλλον, καὶ 43) κατεχομένους, τούς τε ἁπλῷ καὶ ἐμμόνῳ καὶ χρονίῳ πυρετῷ κατεχομένους. δεῖ δὲ, εἰ τὰ τῆς δυνάμεως ὑπείη, ἐπὶ πλεῖον κεχρῆσθαι τῇ αἰώρᾳ. ἡ γὰρ ἐπ' ἔλαττον ἀνακινοῦσα τὰ σώματα, ἐνίοτε παροξύνει τοὺς πυρετούς. ἐπὶ μὲν οὖν 44) πυρεσσόντων, τοὺς εἰς ἄνεσιν εἰλικρινῆ παραγινομένους, ἢ μακράν γε τὴν ἄνεσιν ἔχοντας, ἢ ἐν πυρετοῖς μακροῖς, κἂν μὴ μεγάλα ᾖ τὰ διαλείμματα· 45) τῶν δὲ ἀπυρέτων 46) καθεδρίῳ σχήματι αἰωρητέον. ἀσκέπαστον 47) μᾶλλον, ἤπερ ἐσκεπασμένον ἔστω τὸ φορεῖον. τοὺς δὲ καιροὺς τῆς αἰώρας καὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς αἰωρητέον, καὶ τρόπους, καθ' οὓς παραληπτέον, εὑρήσομεν ἐκ τῶν εἰρημένων ἐν τοῖς περὶ 48) περιπάτου λόγοις. ἡ δὲ ἐπὶ ζεύγους αἰώρα, μοχλευτικὸν ἔχει τι καὶ κινητικὸν τῶν ἐμμόνων νοσημάτων· τῆς δὲ ἐπὶ νηὸς αἰώρας ἡ μὲν διαίρεσις ὡς τὰ πολλὰ βραχεῖα τε καὶ παρὰ τὴν γῆν 49) γίνεται, καὶ ἐν ἀκύμονι τῇ θαλάσσῃ. κλόνον οὖν οὐ πολὺν ἔχει, οὐδ' αἰκισμόν. ὥστε σχεδόν τι τούτοις ἁρμόδιός ἐστιν, οἷς καὶ 50) διὰ τοῦ ὀχήματος. πλήν γε δὴ τοῦτο ἔχει περιττότερον, ὅτι ἐν καθαρᾷ τε

pensili fit, et ante, et post cibum prodest: alterum vero, post cibum est inutile. quomodo autem uti hac gestatione debeamus, explicatur a nobis, ubi de elleboro propinando loquimur. In sella autem stratos gestamus eos, qui febrim habent, atque ex iis, lethargicos potius, et quos cataphora urget. qui vero simplici, et permanenti, et diuturna febri iactantur, si vires ferant, debent gestari quamplurimum: quandoquidem gestatio minus mouens corpora, quandoque febrim excitat. ergo in febricitantibus, qui ad integritatem perveniunt, vel quorum longa admodum remissio est, vel qui febribus tenentur longis, etiamsi non magna interualla habeant, convenit haec gestatio. Qui febrim non habent, in cathedra non tecta potius, quam tecta, gestandi sunt. tempora autem, et loca, in quibus gestatione utendum sit, et quibus modis fieri debeat, deambulationis tractatio nobis exposuit. quae autem in vehiculo fit, habet vim quandam amoliendi, commovendique morbos stabiles, et permanentes. quae vero in navibus fit, parum plerumque distinguitur ab ea, quae in terra administratur. ac, quae tranquillo mari obitur, non admodum magnam turbationem, neque concussionem affert. ex quo fit,

43) Vide Galen. de caussis pulsuum IV, 16. Paul. Aegin. III, 10.
44) Interposuerim, τῶν.
45) Hic in margine legitur: *hic deest quippiam.* Rasarius de suo id supplevit.
46) Aut hic quoque aliquid deest, veluti τοὺς κ. τ. λ. aut scribendum, τοὺς ἀπυρέτους.
47) δὲ addendum videtur.
48) περὶ ipse addidi. Bis scribendum erat περί. Simili modo paullo ante peccavit scriba.
49) γῆν in marg. Cod. Loco διαίρεσις conjicio δίαρσις, i. e. ἔπαρσις.
50) ἡ, nimirum αἰώρα, interponendum videtur.

ἀέρι γίνεται, καὶ ἀναθυμιάσεις ὑγρὰς οὐκ ἔχοντι, ἀλλὰ ξηράς τε καὶ δριμείας, διὸ προκριτέα. ἡ δὲ διαπόντιος αἰώρα πνεύματι φερομένης νηὼς ποικιλωτάτη τὲ, καὶ ἐκ τῶν ἐναντιωτάτων συνεστῶσα. κίνησίν τε γὰρ ὀξυτάτην καὶ σφοδροτάτην καὶ ἀδιάπαυστον κατὰ τὴν τῆς νηὼς φορὰν ἔχει, συμμιγής 51) τε ἐστὶν, ἔκ τε ῥαθυμίας καὶ φόβου. μεταβολὰς γὰρ ῥάστας καὶ ταχίστας ἔχει. αἱ δὲ τοιαῦται μεταβολαὶ, πᾶσαν χρονίαν διάθεσιν νόσων ἀποσκευάζουσιν. 52) ὁ δὲ γινόμενος σάλος ἐν τῷ πλῷ δύναμιν ἔχει παραπλησίαν ἐλλεβόρῳ κούφῳ λευκῷ.

ut ferme accommodata fit iis, quibus etiam geftatio per currum conuenit: nisi quod hoc magis habet, quod in purgato aëre, et in quo non humidi vapores, fed ficci, et acres fint, efficitur: et ob eam ipfam caufam eft praeftantior. Quae vero per pontum fit, ventis navim ferentibus, ea maxime varia eft, et ex maxime contrariis conftat. habet enim motum acutiffimum, vehementiffimum, et neutiquam ceffantem, dum navis a vento impellitur: eftque mixtus ex fecuritate et timore: habetque facillimas, et celerrimas mutationes. ac tales quidem mutationes, omnem diuturnam morborum affectionem removent. Commotio denique, quae in navigatione excitatur, vim habet elleboro levi et albo perfimilem.

Κ Ε Φ. κδ.

Περὶ ἱππασίας. (Ἐκ) τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Τῆς δὲ ἱππασίας, ὀλίγη χρῆσις ἐστιν ἐπὶ νοσούντων. εἰ μὲν γὰρ ἠρέμα ὁ ἵππος ἐλαύνοιτο, οὐδὲν ἂν πλέον παρέχοι, πλὴν κόπου, καὶ μάλιστα βουβώνων· εἰ δὲ σφοδρῶς ἐλαύνοιτο, κλονεῖ μὲν πᾶν τὸ σῶμα ἐπιπόνως, ὅμως δὲ ἔχει τὶ χρήσιμον. τονοῖ γὰρ ὑπὲρ πάντα τἄλλα γυμνάσια τὸ σῶμα, καὶ μάλιστα τὸν στόμαχον, καθαίρει τὲ τὰ αἰσθητήρια, καὶ ὀξύτερα ἐργάζεται· θώρακι δὲ κάκιστον γυμνάσιον.

De equitatione. Ex eodem. Cap. 24.

Equitationibus exiguus in aegrotantibus eft ufus. nam si placide equus gradiatur, nihil magis, quam laffitudinem, et praefertim inguinibus afferet: si vehementer impellatur, quamuis totum corpus laboriofe concutiat, tamen aliquid utilitatis affert: fiquidem magis, quam omnes aliae exercitationes, corpus, et praefertim ftomachum firmat: et fenfuum inftrumenta purgat, eaque reddit acutiora. fed thoraci exercitatio haec eft infenfiffima.

---

51) Ita fcripsi. Refero antem ad αἰώρα. In Cod. eft, συμμιγή.

52) Ita correxi. In Cod. ἀπασκευάζουσιν. Nisi voluerit, ἀπανασκευάζουσιν.

Κ Ε Φ. κε.

Ποτὲ μὲν καταπείροντες, 49) ποτὲ δὲ ἀναπείροντες φλεβοτομοῦμεν. καταπείροντες μὲν, ἐπειδὰν ἄδηλα ᾖ τὰ ἀγγεῖα· ἀναπείροντες δὲ, ἐπειδὰν σφόδρα ἐπιπόλαια. δεῖ δὲ μὴ ὅλον διαιρεῖν τὸ ἀγγεῖον. ἀνατρεχόντων γὰρ αὐτοῦ τῶν

Quomodo vena secanda sit. Ex eodem. Cap. 10.

Venas incidimus quandoque punctim, quandoque caesim. ac punctim quidem eas, quae non apparent: caesim vero eas, quae valde in superficie cutis sunt sitae. non totum autem vas secandum est. nam aversis ejus labiis

43) Conjicio, ἀποληφθήσεται aut ἐπιληφθήσεται.

44) Nisi ἀτόνων, aut simile aliquid legendum sit. Πάρετος est apud Gregor. Nyss. Tom. II. p. 195. Idem est, quod παράλελυμένος.

45) Ita prorsus in Codice. Sed in margine: κατεωνισαι (sine accentu) δέοι. Utrumque obscurum. Mox dubia etiam sunt, μετὰ τοῦ. Nam *post* est μετὰ τό. Ego interim conjicio: ἀφαίρεσιν, εἰ καὶ ταινιῶσαι δέοι, πρόσθεν — χαλάσαι πρὸ τοῦ σφίγγειν. ταινία est *fascia*. ταινιοῦν, *fascia vincire*. Vide mox notam 64.

46) Nimirum, ὕδωρ.

47) Scilicet, τῆς ἰγνύας.

48) Hic in marg. laudatur Aëtius lib. 3. cap. 13. Sed eum nondum ad manus habeo, etsi ea de causa ante duos annos Lipsiam scripserim.

49) Codex: καταπήροντες, et mox, ἀναπήροντες. Atque ita postea etiam. Sic mox vitiose etiam, ἐπιπολεαι

μερῶν, ἡ ῥύσις οὐ γίνεται μετὰ 50) ἀκοντισμοῦ· μηδὲ τὸ κάτω μέρος τοῦ ἀγγείου διαιρεῖν, ἀλλὰ τὸ ἀνωτέρω.. λέγω δὲ, κάτω μὲν, τὸ πρὸς τὴν ἀπόφυσιν τοῦ βραχίονος κάτω νεῦον· ἄνω δὲ, τὸ πρὸς τὴν κερκίδα. τοῦ μὲν γὰρ ἄνω διαιρεθέντος μέρους, εὔμορφος ἐξακοντισμὸς γίνεται τοῦ αἵματος· τῶν δὲ κάτω διαιρεθέντων, οὐδὲν ἀπακοντίζει.

fluxio non fit cum eiaculatione. sed neque etiam inferior vasis pars secanda est, verum superior. dico autem inferiorem, quae ad brachii exortum infra vergit: superiorem vero, quae ad radium. nam superiore parte incisa, decentior fit sanguinis iaculatio: at partibus inferioribus incisis, nihil iaculabitur.

ΚΕΦ. ια.

Πότε καὶ ποίῳ μεγέθει καὶ σχήματι τῆς διαιρέσεως χρηστέον. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἐπὶ μὲν κενώσεως δεομένων ἀθρόως 51), μεγάλην ἐμβλητέον τὴν διαίρεσιν· ἐφ' ὧν δὲ δεῖ περισπᾶσαι καὶ ἀποστρέψαι φορὰν αἵματος, οἷον, ἐπὶ τῶν αἷμα ἀναγόντων ἢ αἱμοῤῥαγούντων, 52) ἐπὶ τῶν ἐκ ῥινῶν ἢ ἄλλου τινὸς μέρους, μικρὰν σφόδρα. οὐ γὰρ κενώσεως δέονται, κενούμενοι ὑπὸ τοῦ πάθους· ἀλλ' ἀνθολκῆς. δεῖ οὖν ἐπὶ τούτων πολλῷ χρόνῳ ῥύειν ἀπὸ τῆς φλεβὸς τὸ αἷμα. ἔτι μικρᾷ μὲν χρηστέον, ἐπὶ τῶν μικρῶν ἀγγείων· μεγάλῃ δὲ, ἐπὶ τῶν μεγάλων. εἰ γὰρ ἐπὶ μεγάλῳ τὶς ἀγγείῳ μικρὰν ποιεῖτο διαίρεσιν, ἐνθρόμβωσις 53) ἐξ ἀνάγκης γίνεται. σχήματά γε μὴν διαιρέσεως τρία. τὸ μὲν ἐπικάρσιον· τὸ δὲ εὐθὺ, οὐχὶ κεῖρον, 54) ἀλλὰ σχίζει τὴν φλέβα· τὸ δὲ μεταξὺ τούτων λοξόν. τῷ μὲν οὖν ἐπικαρσίῳ χρηστέον, ἐφ' ἂν οὐδ' ὅλως ἐπαφαιρεῖν 55) δοκιμάζομεν· καμφθέντος γὰρ τοῦ ἀγκῶνος, εὐθὺς παρακολλήσεως τυγχάνει. τὸ

Quando, qua magnitudine, quaque forma secanda vena sit. Ex eodem libro.
Cap. 11.

In iis, qui evacuatione confertim facta indigent, ampla incisio facienda est. at ubi sanguinis lationem revellere, atque avertere oporteat, quemadmodum usu venit in iis, qui sanguinem reiectant, aut ora venarum aperta sunt, aut sanguis e naribus, aut alia parte quadam fluit, perexigua est facienda. eiusmodi enim, cum ab ipsa affectione vacuantur, non iam evacuatione, sed retractione atque aversione indigent. ex quo fit, ut sanguis multo tempore fluere ex vena debeat. praeterea angusta sectio in parvis vasis est itidem facienda: ampla, in magnis. nam, si quis in magno vase sectionem parvam faciat, sanguis necessario collectus concrescet. Sunt autem tres incidendarum venarum figurae. transuersa, recta, quae non pungit venam, sed scindit, et harum media, obliqua. ac transuersa quidem

50) Ita dicitur, αἷμα ἐξακοντίζειν. Occurrit etiam, εἰσακοντίσειν, περὶ σπέρματος ἀνδρός. Primus, ni fallor, Homerus hac metaphora usus est. Vide hic mox bis. Vers. 6. malim, εὔφορος.
51) In marg. ἀθρόας.
52) Forte, ἤτοι ἐκ ῥινῶν.
53) θρόμβωσις paullo ante lectum. Neutrum lexica agnoscunt.
54) Ita in marg. In textu: κηρόν. Mox Codex: τὸ — ἐπικάρσιον, quod correxi.
55) Mox est, ἐπαφαίρεσις, iterata detractio sanguinis, et rursus, ἐπαφαιρεῖν.

δὲ λοξὸν ἐπιτήδειον τῇ ἐπαφαιρέσει. ἐν γὰρ τῇ καμπῇ τοῦ ἀγκῶνος οὐκ ἀκριβῶς μῦται 56) τὰ χείλη. τὸ δὲ ἐπίμηκες σχῆμα ἐπιτήδειον, ἐφ᾽ ὧν οὐ μόνον τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐπαφαιροῦμεν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς τρίτης, ἢ καὶ τετάρτης. καμφθέντος γὰρ τοῦ ἀγκῶνος ἐπὶ πλεῖστον ἀσύμπτωτα 57) μένει τὰ χείλη.

utendum eſt, ubi iterationem nullo modo faciendam eſſe exiſtimamus: curuato enim cubito ſtatim conglutinatur. obliqua iterandae ſanguinis miſſioni apta eſt: quoniam in flexu cubiti non ita exquiſite labia ſectionis componuntur. forma vero oblonga conuenit iis, in quibus non ſolum eodem die iteranda eſt ſanguinis detractio, ſed tertio etiam die, et quarto. ſiquidem cubito curuato labia ſectionis a ſeſe plurimum diducuntur.

ΚΕΦ. ιβ.

Τίνα προσμηχανητέον πρὸς τὴν τοῦ αἵματος εὔροιαν. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἐι μὲν διὰ σφίγξιν βιαιεστέραν 58) ἡ ῥύσις ἐπέχοιτο, ταύτην ἀνετέον· εἰ δὲ, παρατραπέντος τοῦ δέρματος, ἐπικαλυφθείη ἡ τοῦ ἀγγείου διαίρεσις δι᾽ ἀφυΐαν 59) τῆς ἐπιδέσεως, μετασχηματιστέον τὸν ἀγκῶνα παντοίως, καὶ ἐπὶ τὸ πρηνὲς καὶ ὕπτιον καὶ ἐκτεταμένον καὶ συνηγμένον, μέχρις ἂν ἐν τούτῳ τῷ σχήματι καταστῇ, ὡς τὴν εὔροιαν ἐπακολουθῆσαι, τῆς διαιρέσεως τοῦ ἀγγείου κατευθὺ γενομένης τῇ τοῦ δέρματος διαιρέσει. μικρᾶς δὲ τομῆς ἐμβληθείσης, ἐπιδιαιρετέον αὐτήν. δειλίας δὲ ἐπιλαμβανούσης τὴν ῥύσιν, ἐπιτηδέστερον, ὅπως ἀψοφητὶ ῥέῃ. παύονται γὰρ τοῦ ἀγῶνος, εἰ μὴ 60) νομὴν νομίζοι ἐμφέρεσθαι. τῆς λειποθυμίας δὲ ἐνοχλούσης, κατακειμένων ἀφαιρετέον, καὶ τὸν στόμαχον σπαρακτέον, ἐμέτοις τὲ καὶ καθέσεσι δακτύλων, καὶ ὀσφραντοῖς ἀνακτη-

Quid faciendum ſit, ut ſanguis facile fluat. Ex eodem libro. Cap. 12.

Si fluxio ſanguinis non procedat, quod violentior ſit adhibita conſtrictio, remittenda ea eſt: ſi vero cute recurrente, vaſis inciſio ſit abſcondita ex contractu cutis ſupergreſſae, cubitus in omnes figuras erit conſtituendus ac voluendus, ut ſupinus, ut ſublimis, ut extenſus, ut denique contractus teneatur, donec in ea tandem figura conſiſtat, ut vaſis ſectione contra cutis diviſionem recte conſtituta, ſanguis facile fluat. ſique parua ſit facta diviſio, iterum erit dividenda. cum vero prae timore ſanguis non fluit, accommodatius erit, ut ſine ſtrepitu effluat. ea enim turbatio ſedetur, ſi non exiſtiment, ulcera paſcentia non eſſe conſecutura. Si animi defectio perturbet, ſtratis et reclinatis ſanguis mittetur: et ſtomachus

56) Aut μύει. In Codice vitiose, μυεῖται.

57) Noſtri: *ſie fallen nicht zuſammen.*

58). Loco βιαιοτέραν. In Codice eſt: βιαιστέραν. Verſu 22. malim, ἐπιτηδευτέον, loco ἐπιτηδέστερον.

59) *Propter ineptam, minus idoneam, obligationem.* In Codice eſt ἀφυεῖαν. Raſarius cogitavit de aliis.

60) Ita Codex: Forte, τομην νομίζοιεν. Sed nec haec ſatis placent, tametsi recte dicatur, τομην ἐμφέρεσθαι. Aut, μη νομίζοιεν ἀφαιρεῖσθαι, nimirum, το αιμα.

τέον, καὶ τὰ ἄκρα διαδετέον, ἵνα 61) σφόδρα ἐνοχλοῖτο. θρομβώσεως δὲ ἐνοχλούσης καὶ ἐπεχούσης τὴν ῥύσιν, δεῖ τοῖς λιχανοῖς 62) δακτύλοις τῶν δύο χειρῶν διαλύειν τὸν θρόμβον, καὶ 63) κατὰ συμπίεσιν ἐκθλίβειν, καὶ ἔλαιον καταχεῖν, καὶ ἔτι μᾶλλον ὄξος. διαλυτικὸν γὰρ τῶν θρόμβων. εἰ δὲ διὰ ψύξιν ἐπέχοιτο, ἤτοι διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ ἀέρος, ἢ διὰ πάθος ψυχρὸν, οἷόν ἐστιν ἐπιληψία καὶ ἀποπληξία καὶ τὰ τοιαῦτα, πυριᾷν τὸ μέρος, κατεωνᾷν, 64) τρίβειν, λιπαίνειν, καὶ ὅλως εἰς τὴν ἐναντίαν ἕξιν καθιστᾷν. πιμελὴ δὲ καὶ σὰρξ ἐπὶ τῶν καταπιμέλων καὶ κατασάρκων ἐκπηδᾷ διὰ τῆς 65) αἱρέσεως, καὶ ἐπιλαμβάνει. ἁπλοῦς δὲ ἐπὶ τούτοις λόγος. ἢ γὰρ ἀφαιρεῖν τὸ ἀναδραμὸν, ἢ 66) παραστέλλειν χρή.

ΚΕΦ. ιδ.

Ἐκ τῶν Ἀντύλλου περὶ ἀρτηριοτομίας. Ἐκ τοῦ β. λόγου τῶν κενουμένων βοηθημάτων.

Διαιροῦμεν δὲ ἀρτηρίαν, εἰ μὲν οἷόν τε εἴη, τὴν ὑπὸ κορυφὴν κατὰ τὸ ἰνίον μεταξὺ τῶν τενόντων· εἰ δὲ μὴ, τὴν παρὰ τὸ ὄπισθεν τῶν ὤτων, ἢ τὰς ἑκατέρωθεν τῆς κορυφῆς, τὰς κατὰ τὸ βρέγμα. συμβαίνουσι δὲ κατὰ τὴν

tum vomitibus, et digitorum in os immiſſionibus vellicandus, tum odoramentis recreandus: ſed et partes extremae vinciendae erunt ſic, ut magna moleſtia afficiatur. si vero concretio ſanguinis in grumos interturbet, impediatque effluxionem, concretionem diſſoluere ambobus utriuſque manus indicibus digitis oportebit: et comprimendo elidere atque exprimere: oleumque erit infundendum, et multo etiam magis acetum: quod ſane habet grumos diſſoluendi poteſtatem. si perfrictio vetet, ne ſanguis exeat, eaque ſit vel propter aërem frigidum, vel quia morbus frigidus ſit, ut eſt comitialis, atque attonitus, et qui ſunt generis eiuſdem; fovendus erit locus perfundendo, fricando, ungendo, et omnino ad contrarium ſtatum erit redigendus. Iam vero pinguedo et caro in pinguibus et carnoſis proſilit, dum ſanguis auſertur, eumque cohibet: in quibus haec unica eſt ratio: nam vel auferre eum, qui recurrit, vel retinere oportet.

De arteriarum ſectione. Ex Antyllo. Cap. 14.

Arteriam ſecamus, si fieri poſſit, quae ſub vertice ad occiput, et media inter tendines: ſin ſecus, eam, quae ſecundum aures eſt: vel eas, quae in utroque verticis latere ad ſincipunt ſunt.

61) ἵνα in margine additum.

62) Cod. ληχάνοις, ſupra tamen ſcripto iota.

63) In Codice: κατασυμπίεσιν.

64) Ita expreſſis litteris, ſed ſine iota ſubſcripto. In littera ε vero deleti accentus acuti ſunt veſtigia. κατεωνᾶν, ſed ſine iota ſubſcripto, recurrit paullo inferius cap. 18, κατεωνᾶν ὕδατι θερμῷ. Vide indicem in καταιονᾶν.

65) Sic, ſpiritu leni. Forte; διαιρέσεως aut ἀφαιρέσεως Mox ἐπιλαμβάνει, inhibet.

66) Forte, ἀναστέλλειν remittere, rejicere.

67) στεφανιαίαν καὶ μέσην ῥαφήν. αἱ δὲ ἀπὸ τῶν κροτάφων ἐπὶ μέτωπον τείνουσαι διὰ τοῦτο παραιτητέαι, διότι κατὰ μυὸς ἔχουσι τὴν θέσιν. ῥᾴδιον 68) γὰρ ἀκινδύνως διελεῖν αὐτὰς, παρακελευομένους τῷ ἀρτηριοτομουμένῳ, κινεῖν τὴν γνάθον καὶ συνερείδειν. ἐν τούτῳ γὰρ οἱ μύες οἱ κροταφῖται ὅλοι δι' ὅλων κινοῦνται προφανῶς. ἔξεστιν οὖν ἀπονεύοντας τοῦ κινουμένου μέρους ἐν τῷ κατὰ τὸ μέτωπον ἀτρεμοῦντι 69) ἀκινήτῳ ποιεῖν τὴν διαίρεσιν. ἀλλ' οὔτε πολὺ φέρεται καὶ 70) ἀθρόον ἐξ αὐτῶν τὸ αἷμα διὰ τὴν μικρότητα, οὔτε μετὰ πολλοῦ πνεύματος. φλεβώδεις γάρ εἰσιν. οὐ κατὰ πολὺ οὖν φλεβοτομήσεις. ἐντεῦθεν ἀφαίρεσις διαφορωτέρα. αἱ δ' ἔμπροσθεν τῶν ὤτων κατὰ τὴν ἀνάστασιν τῶν μασητήρων 71) μυῶν, εἰσὶ μὲν εὔρωστοι σφόδρα· ὀλιγάκις δὲ καὶ οὐκ ἀκινδύνως διαιροῦνται διὰ τὴν γειτνίασιν τῶν μυῶν, καὶ διὰ τὴν ἐπιπλοκὴν τῶν ἐκεῖθεν ὑμένων. δεῖ δὲ ἐπὶ τῶν 72) κατατενίων ἄχρι ὀστέου διακόπτειν τὴν ἀρτηρίαν καὶ ξέειν τὸ ὀστοῦν, ὥστε σάρκα ἐξ αὐτοῦ ἀναφύσαι, 73) καὶ μεσολαβῆσαι τὰ στόματα τῆς ἀρτηρίας, καὶ ἀποβρέξαι· βέλτιον δὲ ἐκλαβεῖν, ὥσπερ κιρσὸν, καὶ ὑποβάλλοντας, ἤτοι ἀμφίμιλον, 74) ἤ τι τοιοῦτο, διαιρεῖν, μὴ πολλὴν, ἀλλ' ἐκ μέρους, τὸ ἀγγεῖον. μετὰ δὲ τὴν αὐτάρκη ῥύσιν ἐπισπάσασθαι διὰ τῆς ὑποβολῆς τοῦ ἀμφιμίλου κατὰ πόσον ἔξω τὸ ἀγ-

pertinent enim ad coronalem et mediam futuram. quae vero a temporibus ad frontem pertinent, ideo non fecantur, quia fitae contra mufculum funt. eas enim facile fine periculo incidemus, si iufferimus ei, cui arteriae fecantur, ut genas moveat, inhaereatque, ac innitatur. ita enim mufculi omnes temporum toti per fe totos perfpicue moventur. poterimus ergo, omiffa parte, quae movetur, in ea parte, quae in fronte quiefcit, facere fectionem. veruntamen neque multum, neque confertim fanguis ex arteriis propter earum exiguitatem fluit. Sed nec etiam cum multo fpiritu exit: venofae enim funt. non igitur multa fectio facienda eft. hinc magis varia fit detractio. Quae vero ante aures funt, qua mufculi mandibularum exurgunt, firmae admodum funt ac robuftae: fed raro citra periculum fecantur, propter mufculorum propinquitatem, et propter implicationem ejus loci membranarum. In fecandis vero arteriis occipitis, ufque ad os fecanda arteria eft: osque ipfum abradendum, ut caro ex ipfo offe fuppullulet, et per ejus medium ofcula arteriae excipiantur: et praecidatur. melius enim eft, ut ipfam, tanquam varicem, excipiamus, et fubiecta volfella, aut alio quodam inftrumento simili, incidamus non multum, fed

67) Vide Oribas. Anatom. ex Galeno. p. 136. et Anonymi Ifag. Anat. cap. 48. p. 64. edit. Lugd. Batav. 1618. 4.
68) Forte δὲ, loco γάρ.
69) 'Ακινήτῳ poteft abesse. Forte, ἀκινδύνως.
70) Forte οὔτε, loco καί.
71) Alibi μασσητήρ. Sed verbum ipsum et composita ex eo reperi alibi etiam uno σ.
72) Sic. Forte, κατὰ τὸ ἰνίον.
73) De ἀναφύσαι dubito. Sed nec ἀναφυσῆσαι placet. Mox Rasarius videtur in mente habuisse, ἀποσφάξαι.
74) Rasarius, qui volsella reddidit, fortasse cogitavit de ἀμφισμίλιον. Mox recurrit. Mox forte, κατὰ πολὺ, et versu ultimo, ποσόν.

γεῖον, καὶ τὸ μέσον ἐκκόπτειν. οὕτω γὰρ οὔτε συμφυήσεται, οὔτ' ἐκ τῆς αἱμοῤῥαγίας ἕπεται κίνδυνος, ἀνατρεχόντων εἰς τὴν σάρκα τῶν στομίων. 75)

ΚΕΦ. ιϛ.

Ἐκ τῶν Ἀντύλλου, περὶ σικύας. Ἐκ τοῦ β. λόγου τῶν κενουμένων βοηθημάτων.

Ἐπὶ μετρίας μὲν ὀδύνης καὶ τῶν παραπλησίων, ἐλαφραῖς χρώμεθα σικύαις, ταῖς χωρὶς ἀμύξεως· ἐφ' ὧν δὲ τονῶσαι βουλόμεθα, σφοδραῖς· ταῖς δὲ μετὰ ἀμυχῶν, 76) ἐπὶ τῶν διασεσαγμένων μορίων, ὑλικαὶ τοῖς ὑπὸ διεφθορυίας ἐνοχλουμένοις ὕλης. πρὸ δὲ τῆς πε:βολῆς 77) τῶν σικυῶν δεῖ μεμαλάχθαι τὴν γαστέρα, ἢ πάντως μηδεμίαν ὑπόνοιαν εἶναι περισσωμάτων ἐνοχλούντων, καὶ 78) προεσιτικέναι δὲ πάντως, ἢ προϋδροποτικέναι ἐπὶ κούφῃ τροφῇ καὶ διῳκημένῃ. δεῖ δὲ μάλιστα, εἰ μέλλοιμεν ἀφαιρεῖν αἷμα, τὴν μὲν πρώτην ὀλίγῳ 79) περιχρῆσθαι· μετὰ δὲ τοῦτο, εἰ ἐρύθημα αὔταρκες εἴη γεγονὸς ὑπὸ τῆς σικύας, καὶ ὄγκος τοῦ μέρους, ἐγχαράσσειν· 80) εἰ δὲ μή, καὶ ἐκ τρίτου προσβάλλειν μέχρι ὀγκωθῇ, καὶ 81) ἐνευρεθὲς γένηται τὸ μέρος· εἰ δὲ μηδὲ ὅλως ὄγκος, μηδὲ ἐρύθημα γένοιτο, σπόγγοις πυριᾶν τὰ μέρη μέ-

particulatim. ubi satis sanguinis effluxerit, supposita volsella vas extrahendum est, et medium praecidendum. ita enim neque committetur, neque ex fluxu sanguinis periculum ullum consequetur, cum oscula arteriae in carnem recurrant.

Antylli, de cucurbitula. Ex secundo libro de praesidiis evacuantibus. Cap. 16.

In mediocri dolore, et similibus, levibus cucurbitulis, quae sine scarificatione admoventur, utimur: ubi autem volumus roborare, vehementibus. in oppletis vero particulis, ut in iis, quae a corrupta materia vexantur, praecisa cute affiguntur. antequam vero applicentur, ventrem iam emollitum esse oportet, aut omnino nullam infestantium excrementorum suspicionem subesse: et prius omnino comedisse, aut post levem cibum, eumque iam subductum, aquam praebibisse. maxime autem, si sanguinem detracturi simus, primum locus est parumper illinendus: sique postea satis ruber, et tumidus a cucurbitula fit factus, scarificandus erit: si non, tertio loco erit admovenda, donec pars in tumorem extollatur, atque rubescat. si vero nec tumor, nec rubor excitetur,

75) Nimirum, τῆς ἀρτηρίας.

76) Codex: ἀμύχων. Ἄμυξις ergo et ἀμυχὴ synonyma. Ex superioribus intelligitur, χρώμεθα. Proximum ὑλικαὶ mihi obscurum. Pro tempore interpono conjecturam, forte, ut aliorum conjecturis probabilioribus ansam praebeam: ἡλίκα τὰ — ἐνοχλούμενα.

77) Immo forte, προσβολῆς. Paullo inferius est, προσβάλλειν, atque etiam προσβολή.

78) Monstrum hoc. Ergo in marg. προσιτικέναι, immo, προσεσιτικέναι, a προσιτίζειν. Ita proximum, ab ὑδροποτίζειν. Ergo, προϋδροπεποτικέναι. Diversum est, ὑδροποτεῖν. Istud est, *aquam ad bibendum dare:* hoc, *aquam bibere.* De διοικεῖν nulla est dubitatio. Frequenter enim in his ipsis fragmentis occurrit.

79) Forte, ὀλίγον περιικχρῖσθαι, vel περιχρίεσθαι.

80) περὶ ἐγχαράξεως mox exponitur cap. 19.

81) Sic. Immo, ἐνερευθές. v. Galen. in Glossis p. 91. Polyb. T. III. p. 114. Philo. p. 203. D. σῶμα ἐνερευθὲς καὶ πεπυρωμένον.

χροὶ 82) φοινίξεως, κἄπειτα οὕτως ἐγχαράσσειν. εἰ δὲ προκαταμάθοι τὶς, ὅτι οὐ μέλλει τὰ σώματα ἐρυθραίνεσθαι, οἷος 83) ἐπὶ τῶν καταπιμέλων 84) τὸ ἐπιγάστριον, ἢ ἐπὶ τῶν κατεψυγμένων, καὶ ἐπὶ γυναικῶν τετοκυιῶν, πρὸ τῆς προσβολῆς τῶν σικυῶν καταπλαστέον. ἐνίοτε δὲ ὄγκος ἰσχυρὸς ἀπὸ τῶν κούφων σικυῶν γίγνεται, καὶ κατὰ τὴν 85) χροιὰν πελιδνότερος· μετά τε τὸ ἐγχαραχθῆναι, ἢ βραχύ τι ἢ οὐδὲν ἀποῤῥεῖ, τοῦ αἵματος 86) παχυτέρου καὶ σαρκωδεστέρου τοῦ προεστῶτος ὄντος. χρὴ οὖν καὶ ἐπὶ τούτοις σπόγγοις μάλιστα πυριᾷν, καὶ λεπτόν τε καὶ εὔρουν ἐργάζεσθαι τὸ αἷμα. φυλάττεσθαι δὲ δεῖ πλησίον τῶν μαστῶν σικύαν τιθέναι. ἐμπίπτοντες 88) δὲ εἰς αὐτὰς ἐνίοτε, καὶ ἐνιδοῦντες 89) σφόδρα δυσχερῆ τὴν ἄρσιν ποιοῦνται. μετὰ δὲ τὴν προσβολὴν ἐκβολῆς 90) ἔλαιον καταχέοντες προσβάλλειν δεῖ τὰς σικύας μετὰ μετρίου πυρός. εἰ γὰρ σφοδρῶς τεθεῖεν, τῇ τε ἀτμίδι ἐπιφλεγμαίνουσαι καὶ συντείνουσαι τὰ σώματα, οὐδὲν 91) ἄξιον λόγου ἐπισπῶνται. ὅτι δὲ σχηματίζειν οὕτω χρὴ τὰ μέρη, ὥστε μὴ ἐφίστασθαι ἐπ' αὐτὰ τὸ αἷμα καὶ πα-

partes usque dum puniceae fiant, spongiis fovendae sunt. et ita postea scarificandae. at, si norit quispiam, corpora non rubefactum iri, veluti in iis, quorum pingue abdomen est, aut in refrigeratis et mulieribus, quae pepererunt, usu venit, tum, antequam cucurbitula affigatur, cataplasma partibus superdabitur. sed fit interdum, ut a levibus cucurbitulis tumor validus, et colore lividiore excitetur: ubi vero scarificatio fit facta, aut parum quidpiam, aut certe nihil sanguinis effluat, cum et crassius sit, quod ante stat, atque carnosius: in ejusmodi ergo spongiis maxime fovere locum, tenuemque et facile fluentem reddere sanguinem conuenit. Ne vero prope mammas cucurbitulae affigantur, cavendum est. illapsae enim cucurbitulis nonnunquam mammae, et inturgescentes, magna admodum difficultate avelluntur. ubi autem eas auulseris, oleum erit perfundendum. applicandae autem cucurbitulae sunt ex modico igni nam si vehementes adhibeantur, vapore inflamman-

82) A φοινίσσειν. Caret hoc auctoritate etiam apud Stephanum. Credo ergo etiam apud beatum Schrevelium, cujus ope et adjumento nuper Griesbachius quidem N. testamentum Graecum edidit.

83) In marg. οἷον. Voluit, οἷον.

84) Paullo superius conjunctim leguntur, καταπίμελος et κατάσαρκος.

85) Ita h. l. Alibi in his ipsis libellis χροία, rarius χρόα. Loca ista nunc non poteram reperire. Credo etiam, vel apud Rufum Ephesium, vel in his libellis reperisse χροιά De diverso accentu hujus vocabuli jam alii monuerunt. Mox malim, μετὰ δέ.

86) τοῦ αἵματος παχυτέρου ὄντος facile intelligitur. Προεστῶτος neutro genere accipio de carne, seu mole carnis, quae obstat τῇ ἐγχαράξει, quo minus sanguis fluat.

87) τούτοις σπόγγοις displicet. Malim ergo, τούτων.

88) Scilicet, οἱ μαστοί. Et: εἰς αὐτάς, i. e. τὰς σικύας.

89) Corruptum hoc. Rasarius videtur conjecisse, ἀνοιδοῦντες. Alii forte in mentem venerit, ἐνεισδύοντες, ἐνεισιόντες, ἐνιζάνοντες.

90) Rasarii interpretatio arbitraria est. Videtur voluisse: μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν ἔλαιον καταχυτέον. προσβάλλειν δὲ δεῖ. Mirum vero videtur post ἐκβολήν, denuo memorari προσβολήν. Ordini hoc repugnat. Loco ἐκβολῆς legitur hic ἄρσις et ἀφαίρεσις τῶν σικυῶν.

91) Id est, *parum sanguinis trahunt.*

χυνόμενον κώλυμα γίνεσθαι τῆς ἐκκρίσεως, ἀλλὰ ἀποῤῥεῖν εἰς τὸ κάταντες, γνώριμόν ἐστι. μετὰ δὲ τὴν ἀφαίρεσιν τῶν σικυῶν, εἰ μὲν αὐταρκες εἴη τὸ εἰλημμένον, ἀποθεραπεύσομεν τὰ μέρη· εἰ δὲ μή, πάλιν προσβάλλομεν τὰς σικύας. ἐπὶ δὲ κεφαλῆς οὐ δεῖ μετὰ πυρὸς πολλοῦ προσβάλλειν τὰς σικύας. σφοδρῶς γὰρ ἕλξουσι, καὶ δυσαπόσπαστοι 92) γενήσονται· αἱ δὲ σύμμετροι τὸ δέον ποιήσουσιν. ὅταν δὲ δυσαπόσπαστοι ὦσι, σπόγγους 93) ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ περιλαμβάνειν χρὴ τὰς σικύας. ἀνίεται γάρ. εἰ δὲ μηδὲ οὕτως ἀνεθείη, τρυπᾷν χρὴ τὴν σικύαν.

Περὶ τῆς παρὰ τὴν ὕλην καὶ τὸ σχῆμα διαφορᾶς τῶν σικυῶν.

Παρὰ δὲ τὴν ὕλην, διαφοραί εἰσι σικυῶν τρεῖς, ὕελαι, 94) κερατῖναι, χαλκαῖ. αἱ γὰρ ἀργυραῖ ἄθετοι διὰ τὸ σφοδρῶς ἐκπυροῦσθαι. τῶν δὲ χαλκῶν 95) πλείων ἐστὶν ἡ χρῆσις. χρήσαιτο δὲ ἄν τις καὶ ταῖς ὑελίναις, 96) ἐφ' ὧν κατανοεῖν χρὴ τὴν κένωσιν τοῦ αἵματος· καὶ ταῖς κερατίναις, ἐπὶ κεφαλῆς, ὅταν ἐπινοήσωμεν δυσαποσπάστους ἔσεσθαι τὰς χαλκᾶς, καὶ ἐπὶ τῶν δήλων, 97) καταπλησσομένων πρὸς τὴν φλόγα. παρὰ δὲ τὸ σχῆμά ἐστι διαφορὰ, μα-

tes, contendentesque corpora, nihil notabile attrahunt. eo vero situ collocandas esse partes, ut ne sanguis in eis contineatur, crassescensque excretioni impedimento fit, sed ut pronus ad inferiora effluat, inter omnes constat. ablatis cucurbitulis, si, quod eductum est, satis fit, partes curabimus: sin secus, iterum eas affigemus. In capite vero non cum multo igni affigendae sunt: siquidem vehementer attrahent et evelli difficulter poterunt. quae ex modico igne admoventur, id quod opus est, facient. Cum vero ad avellendum difficiles sunt, spongiis, calida et frigida aqua imbutis, circumdare eas oportet: siquidem ita remittentur: sin minus, eas perforare consilium est.

De cucurbitularum differentia, ex materia, et figura sumta.

Differentiae cucurbitularum, quae sumuntur a materia, tres sunt, vitreae, corneae, aeneae. argenteas, quia vehementer igniuntur, reiicimus. aenearum est usus frequentior; vitreis quoque uti possumus, in quibus sanguinis est consideranda evacuatio; et corneis item, in capite, ubi aeneas avulsu difficiles fore cognoscerimus: itemqne in timidis, qui a flamma deterrentur. in figura autem praecipue differunt aeneae: altiores e-

92) Etiam hoc, uti δυσαποσπάστως, auctoritate caret in thesauro Stephani. Habent haec Philo p. 282. 284 Galeus in opusc. myth. p 321. Aeschines Socrat. III, 3. Herodian. p. 274. Chrysost. T. IV. p. 303. A. Monuit de eo etiam Doruill. ad Charit. p. 484.
93) Immo, σπόγγοις.
94) Forte, ὑέλιναι. Aelian. Varr. Hist. XIII, 3. πύελον ὑελίνην εὗρεν. Mox κεράτιναι, ut vers. 22.
95) Cod. πλεῖον.
96) Ita correxi. In Codice est, ὑάλοις, priori tamen α. inscriptum ε. Ita alibi etiam discrepant Codices in ὕελος et ὕαλος.
97) Immo, δειλῶν.

λισα ἐν ταῖς χαλκαῖς. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ὑψηλότεραι τῶν ταπεινοτέρων ἑλκτικώτεραι· αἱ δὲ ταπεινότεραι ἐπὶ κεφαλῆς ἁρμοδιώτεραι, διὰ τὸ μὴ σφοδρᾶς ἐπισπᾶσθαι. καὶ αἱ μὲν ἐπίπεδα ἔχουσαι τὰ χείλη, χρησιμώτεραι κατὰ τὸ 98) πλάτος ἐχόντων σωμάτων τίθεσθαι. αἱ δὲ ἐσιμωμέναι 99) τὰ χείλη, ἐπὶ τῶν κυρτῶν καὶ ἰσχνοχόλων· 100) αἱ δὲ ὀξύστομοι, ἐφ᾽ ὧν κατασχασμῶμεν 1) οὐ χρώμεθα, κούφας δὲ προσάγοντες, βιαίως ἑλκύσαι βουλόμεθα, συντελούσης τῆς ὀξύτητος τῶν χειλῶν πρὸς τὸν βίαιον ἀποσπασμόν. ταῖς δὲ βλυοχείλεσιν, 2) ἐπί τε τῶν ἄλλων, καὶ μάλιστα ἐπὶ κεφαλῆς. ἡ δὲ ὁλκὴ τῶν μὲν χαλκῶν σικυῶν διὰ πυρὸς γίνεται· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν 3) ὑελίνων. ἡ δὲ τῶν κερατίνων, ἄνευ πυρός. τέτρηνται 4) γὰρ εἰς τὸ ἄκρον, καὶ προσβαλλόμεναι ἐκμυζόμεναι, 5.a) σφοδρῶς διὰ τοῦ τρήματος ἕλκουσιν. ἐπιλαμβάνεται δὲ εὐθὺς τὸ τρῆμα δακτύλῳ ἢ κηρῷ.

nim magis, quam humiliores trahunt: quaeque humiliores funt, quia non vehementer attrahunt, capiti funt accommodatiores. quae habent plana labia, corporibus latis: quarum labra refima funt, curuis et gracilibus aptius admoventur. quae acutum os habent, iis conveniunt, in quibus non fcarificamus, fed vehementi impofitione cucurbitularum, quas leves affigimus, attrahere volumus: cum acumen labrorum ad violentum attractum faciat. quae labra habent obtufa, eis, cum in aliis, tum vel maxime in capite utimur. attractio vero aenearum, itemque vitrearum cucurbitularum ex igne fit: cornearum, citra ignem. fiquidem in extremo perforatae funt: cumque adhibentur, abfterfae vehementer per foramen trahunt: ftatim vero foramen digito, aut cera clauditur.

ΚΕΦ. ιζ.

Ἐκ τῶν Ἡροδότου. Περὶ 5.b) σικυῶν. Ἐκ τῶν περὶ κενουμένων βοηθημάτων.

Herodoti, de cucurbitulis. Ex libris de praefidiis evacuantibus. Cap. 17.

Σικύα δὲ δύναται κεφαλῆς ὕλην κενῶσαι, ὀδύνην λύσαι, φλεγμονὴν μειῶσαι, ἐμπνευματά-

Cucurbitula materiam, quae in capite eft, evacuare poteft, itemque do-

98) Forte, τῶν.

99) Cod. ἐσημωμέναι. Vide de hoc eruditissimum Koraën ad Heliodor. T. II. p. 113. 362. edit. Paris. 1804. 8.

100) Esset hoc ex ἰχνὸς et χολή. Id alienum eft. Conjicio, ἰχνοχώλων, etsi id lexica, ut mille alia, non agnoscunt. Ex τὸ κῶλον, *qui corporis membra tenuia habent*, aut ἰσχνῶν λίαν.

1) Immo, κατασχασμῷ μέν. Mox cap. 18. exponitur, περὶ κατασχασμοῦ. Mox Rosar. voluit, προσάγομεν.

2) Ita in textu. In margine a principio additur ἀμ. Ego conjicio, ἀμβλυχείλεσι, ab ἀμβλυχειλής.

3) Rursus in Codice ὑελῶν. Ab ὕελος non poteft esse, ὑελῶν.

4) Notum eft, τετρημένος. v. Xenoph. Oecon. VII, 40. Plato in Phaedone § 60. Diog. Laërt. p. 67.

5.a) Fortasse: καὶ ἐκμυζόμεναι. Dicitur μύζω, μυζέω, μυζάω. Priora nota funt. Poftremum legitur apud Theoph. Ceram. Hom. 18. p. 111. D.

5.b) Herodotum Lycium laudat Athen. Deipnos. p. 75. 78. fed περὶ σύκων.

σεῖς διαφορῆσαι, ὀρέξεις ἀνακαλέσασθαι, ἄτονον καὶ λελυμένον στόμαχον τονῶσαι, λειποθυμίας ἀπαλλάξαι, τὰ ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν μεταστῆσαι, ῥεύματα ξηρᾶναι, αἱμοῤῥαγίας ἐπισχεῖν, ἐμμήνων ὑπομνῆσαι 6) περιόδους, φθοροποιοὺς δυνάμεις ἑλκύσαι, ῥίγη παῦσαι, περιόδους 7) λύσαι, ἀπὸ καταφορᾶς διεγεῖραι, ὕπνον ἐργάσασθαι, βάρη κουφίσαι. αὗται δυνάμεις σικυῶν, καὶ ὅσαι ταύταις παραπλήσιαι.

Κ Ε Φ. ιη.

Περὶ κατασχασμῶν. Ἐκ τῶν Ἀντύλλου. Ἐκ τῶν περὶ κενουμένων βοηθημάτων.

Ἐγχαράσσομεν μέρη τοῦ σώματος τὰ φλεγμαίνοντα καὶ τὰ ἐσκληρυμμένα ἢ διατεταμένα καὶ ἐποδύνως ἔχοντα ἢ ῥευματισθέντα ἢ ἤδη στάσιν εἰληφότος ἢ 8) πεποιηκότος τοῦ ῥεύματος, ἢ δριμείας ὕλης παρακειμένης. 9) δεῖ δὲ, ἢ 10) δυνατὸν εἴη, ἢ λούσαντας οὕτως ἀποσχάζειν· εἰ δὲ μὴ, καταιονᾷν 11) ὕδατι θερμῷ μέχρι φοινίξεως, ἢ πυριᾷν διὰ σπόγγων ἢ παραβάλλειν ἡλίῳ ἢ πυρὶ ἀποσχασθησομεν 12) μέρος. ἐμβλητέον δὲ τὰς ἀμυχὰς 13) ἐπὶ μὲν τῶν σκελῶν καὶ ἐπιγαστρίου κατὰ τὴν εὐθυωρίαν, καὶ ἐπὶ θώρακος δὲ καὶ μεταφρένου καὶ τραχήλου παραπλησίως. ἐπὶ κεφαλῆς δὲ κατὰ τὴν τῶν τριχῶν θέσιν· ἐπὶ δὲ

lorem soluere, inflammationem minuere, inflationes discutere, appetitum revocare: imbecillum, exolutumque stomachum roborare: animi defectiones amovere: quae in profundo sunt, ad superficiem traducere: fluxiones siccare, sanguinis eruptiones cohibere, menstruas purgationes provocare, facultates corruptionis effectrices attrahere, rigores sedare, circuitus soluere, a propensione in somnum excitare, somnum conciliare, gravitates levare. atque haec quidem, quaeque his similia sunt, praestare cucurbitularum usus potest.

De scarificatione. Ex libris Antylli, de praesidiis evacuantibus. Cap. 18.

Scarificamus partes corporis, quae aut inflammatione, aut duro tumore laborant. eaeque sive distentae sint, ac dolore vexentur, sive fluxionibus infestentur: cum scilicet ad statum venit fluxio, aut iam eundem sit consecuta: aut acris adsit materia. Pars autem, quae scarificanda est, prius, si fieri potest, lavari debet: sin minus, aqua tepida perfundi, usque dum rubefiat: aut spongiis foveri, aut soli, ignive exponi: et postea scarificari. adhibendae autem sunt incisiones cruribus, et abdomini per rectitudinem, eodemque modo in thorace, dorso, et ceruice. at in capite, pro situ capillorum in fronte,

6) De hoc dubito. Forte, ὑποκινῆσαι.

7) Galen. in Defin. med. περίοδός ἐστιν ἐξ ἐπιτάσεως καὶ ἀνέσεως ἐν νοσήμασι χρόνος.

8) Forte, πεπνηκότος a πνέω. Nam πεποιηκότος ab εἰληφότος prorsus non differt.

9) Hic in margine legitur: *codex impressus hoc loco plura habet.* Videtur intelligere interpretationem Rasarii, quam vide.

10) Forte, εἰ.

11) Vide supra cap. 9. nota 45. cap. 12. nota 64., et indicem in καταιονᾷν.

12) In marg. ἀποσχάσομεν.

λετάπου, 14) πλαγίας. ἴσαι δὲ ἔϛωσαν ἀλλήλαις κατὰ τὸ μέγεθος αἱ ἀμύξεις, 15) καὶ ἴσα ἔϛω τὰ μεταξὺ αὐτῶν διαϛήματα, καὶ ἡ ἀρχὴ γενέϑω τῆς ἐγχαράξεως ἐκ τῶν κάτω μερῶν. οὕτω γὰρ εἰς τοὺς 16) ἐπιπολαίους τόπους ὑποῤῥέον 17) τὸ αἷμα, οὐκ ἐπισκοτίσει τῷ μέλλοντι ἑξῆς ἐγχαραχθήσεσθαι. ἥ τε 18) θέσις τῶν ἀμυχῶν γινέϑω κατὰ παραλλήλους ϛίχους. γινέϑω δὲ μὴ κατὰ πληγὴν ἡ ἐγχάραξις, ἀλλὰ κατὰ συρμόν. ἀνόδυνος γὰρ οὕτω γενήσεται ἡ ἐγχάραξις.

obliquae. porro incisiones sint aequali inter se magnitudine, sintque aequalia, quae inter eas sunt interualla, initiumque scarificationis ab inferioribus partibus sumatur. ita enim sanguis ad extimas partes influens, non obscurabit eas, quae deinceps scarificandae erunt. situs vero scarificationum per aequales inter se ordines fiat. non fiat autem scarificatio plagam infligendo, sed per tractum. hoc enim pacto dolore vacabit.

ΚΕΦ. ιθ.

Περὶ ἐγχαράξεως. Ἐκ τῶν Ἀπολλωνίου. 19)

Καταμαθὼν, ὅτι εἰς τόνωσιν καὶ τὸ ὁπωσδήποτε παραφυλάσσειν ἔχειν, 20) ἡ πλείϛη γίνεται συνέργεια ἐκ τοῦ αἵματος, ὡς μὲν ἐπίπαν πλεονάζοντος, ἔϛι δ᾽ ὅτε κατὰ τὴν ποιότητα ἐπὶ τὸ χεῖρον τρεπομένου· ἁρμόζειν ὑπέλαβον, πλεονάζοντος μὲν, τὴν ἐλάττωσιν, διεφθαρότος δὲ, τὴν ἀλλοίωσιν. τὸ μὲν οὖν φλέβας διαιρεῖν πολλάκις τοῦ ἔτους, οὐκ ἐπιτήδειον ἡγούμην, ἐννοῶν, ὅτι ἅμα τῷ αἵματι πολὺ συνεκκρίνεται τὸ ζωτικὸν πνεῦμα. τούτου δὲ ἀναλισκομένου πυκνότερον, ὅ, τε ὅλος ὄγκος κα-

Apollonii, de scarificatione. Cap. 19.

Cum ad corroborationem, et quamlibet corporis tutelam, sanguinem conferre plurimum didicerim: qui quidem plerumque redundat, et interdum qualitate in peius vertitur, existimavi, ubi redundat, imminutionem; ubi corruptus est, immutationem convenire. Venas igitur eodem anno saepe incidere, non esse accommodatum censui: quoniam una cum multo sanguine spiritum quoque vitalem effundi intelligebam: quo crebrius exhausto, tota corporis

13) In marg ἀμυγάς.

14) Rasarius videtur maluisse πλαγίως.

15) In Cod. ὀμύξαι. Mox forte γινέϑω, ut paullo post.

16) Sic interim dedi. In Cod. est: ἐπιπόλις, sic.]

17) Ego secundum recentiores Grammaticos ita exhibui. In Codice est ὑποῤέον; uti quoque in hujusmodi vocabulis in antiquissimis reperitur Codd.

18) Forte, ἡ δέ.

19) Plures fuerunt hoc nomine medici. Nihil ergo certi de hoc definiri potest. Apollonius Citiensis memoratur in Cocchii chirurgis veteribus graecis, in praefat. p. XII. et p. 171.

20) Duo infinitiui sine copula hoc modo consistere nequeunt. Ergo aut ἔχειν delendum, aut ante id aliquid interponendum, veluti, καὶ ὑγιεινῶς, seu, σωτηρίως, vel παραφυλ. corrigendum, mutantumque in παραπεφυλαγμένως. Sine Codice nihil certi definiri potest. Vers. 20. probo διεφθαρότος.

ταψύχεται καὶ πάντα τὰ φυσικὰ ἔργα χείρω γίνεται. ἐδοκίμασα οὖν ἀπὸ τῶν ἀκυρωτάτων μερῶν, οἷον ἀπὸ τῶν σκελῶν, κατ' ἐγχάραξιν ποιεῖσθαι τὴν ἀφαίρεσιν, μετροῦντας, τῇ τε ἕξει τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τῇ χρείᾳ, τὸ πλῆθος. ἄριστον δὲ τὸ βοήθημα, εἴς τε τήρησιν τῆς ὑγείας, καὶ εἰς ἀνάκτησιν, ὁπότε παρατραπῇ, /21) ἢ ὑπὸ τοιῶνδέ τινων αἰτίων. μηδεὶς μέντοι ὑπολάβῃ, με ἐκβάλλειν τὴν φλεβοτομίαν. ἐγὼ γὰρ ἐκείνην μὲν 22) ἐπὶ τῶν μεγίστων καὶ κινδυνωδεστάτων παθῶν ἀπολείπω, ἐφ' ὧν πολὺ καὶ ἀθροῦν αἷμα ἐκχέαι δεῖ. πρὸς γὰρ τὰς σφοδρότητας τῶν παθῶν αἱ ἀθρότητες 23) τῶν κενώσεών εἰσι κατάλληλοι. πληθώραν δὲ σύμμετρον, μέλλουσάν τι ποιήσειν κακὸν, καὶ ἤδη παραπτομένην τῆς εἰς τὸ νοσῶδες παρατροπῆς, ἐπὶ ταῖς ἀμυχαῖς ταραχθεῖσα κνήμη καὶ ἐκδοῦσα ἄλυπον, καὶ, ὅσην θέλομεν, τὴν ἐπίδησιν 24) τοῦ αἵματος, ἐπιλύεται χωρὶς ἰσχυρᾶς τῆς περὶ τὸν ὄγκον συγκινήσεως. πολλάκις μέντοι πλεῖον τοῦ ἱκανοῦ συνάγεται. ὅθεν οὐκ ὀκνητέον, ὁσάκις ἂν πλήθους σημεῖα προσπέσῃ, συναιρεῖν αὐτὸ τῷ δεδηλωμένῳ τρόπῳ. συμφέρει γὰρ, μὴ 25) σφριγᾷν, μηδὲ διατείνεσθαι τὰ σπλάγχνα, καὶ τὰ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι ἀγγεῖα, μᾶλλον δὲ, ἐν ποσῷ τινὶ εἶναι χαλάσματι, ἵνα τὸ φυσικὸν εὐοδῇ πνεῦμα.

compages refrigeratur, et omnes naturales actiones peius obeuntur. quocirca iudicavi, a particulis ignobilissimis, utpote, a cruribus, sanguinis detractionem scarificando fieri debere; quantitatem metiendo ex hominis habitu atque usu, qui expostulet. praestantissimum autem hoc auxilium est, tum ad tuendam sanitatem, tum ad recuperandam cum aversa fuerit, * * vel ab aliquibus hujusmodi causis. sed nemo tamen putet, me venae sectionem reiicere. eam enim ego in maximis, periculosissimisque affectionibus non omitto: in quibus abunde, affatimque sanguinem effundere oportet. nam in vehementibus affectionibus evacuationes affatim faciendae sunt. Plethoram vero mediocrem, quae aliquid mali sit factura, et iam conuersionem in morbosum statum attingat, tibia scarificationibus vexata, quaeque sine molestia, et quantam voluerimus sanguinis extrusionem reddiderit, citra validam totius corporeae molis commotionem, soluit. saepe autem plus, quam satis sit, congregatur. quare non est cunctandum, quin, quoties signa plenitudinis inciderint, eam tollamus eo modo, quem nunc praescripsi. praestat autem viscera, quaeque in toto corpore insunt vasa, non repleri immoderate, neque distendi: sed potius in quadam relaxatione terminata contineri, ut expedite permeare spiritus naturalis queat.

21) In margine Codicis legitur: *hic deest quippiam.* Scilicet membrum saltem unum, incipiens ab ἢ ὑπὸ, ac deinde, ἢ ὑπό. Rasarius duas stellulas, tanquam signa defectus, interposuit.
22) Hujus loco in marg. notatur μή. Equidem malim: ἐκείνην ἐπὶ μὲν τῶν. Ἀπολείπω, *relinquo, non reprobo.*
23) Forte, ἀθροότητες, ab ἀθρόος. Ab ἁδρὸς est ἁδρότης. Nisi σφοδρότητες iterum.
24) Apud Steph. reperio quidem: ἐπίδησις, *obstrusio.* Interrogo de derivatione hujus vocabuli. Interim conjicio, ἐπίχυσιν. Rasarius fortasse in mente habuit, ἄπωσιν, ab ἀπωθέω.
25) De hoc copiose dixi ad Chrysost Hom. III. T. II. p. 4. edit. Misenensis. 1792. 8.
26) Nimirum, γυναῖκας, uti mox docetur.
27) Cod. κενοῦνται.

ΚΕΦ. κ.

Ὅτι ἡ ἐγχάραξις τὰς μὴ καλῶς καθαιρομένας 26) ὠφελεῖ, καὶ ἄλλα πολλὰ πάθη.

Ταῖς γυναιξὶν, αἷς τὰ περὶ τὴν κάθαρσιν μὴ διευτύχηται, θαυμασίως ἡ ἐγχάραξις βοηθεῖ. τὸ γὰρ ἐκεῖ ἐνδέον ταύτῃ κενοῦται. 27) δεῖ δὲ τὴν προθεσμίαν αὐτῆς περιμένειν, καὶ τότε, ἐὰν μηδὲν ἢ ὀλίγον ἀπαυτοματίζῃ, 28) ἐφ' ὅσον ἡ χρεία παρακαλεῖ, τῇ διὰ τῆς ἀφαιρέσεως χρῆσθαι βοηθείᾳ. τισὶ μέντοι καὶ συνήργησε γυναιξὶν εἰς τὸ ἔθος τῆς ἐμμήνου ἀποκαταστῆναι καθάρσεως. ἡ γὰρ ἐπὶ τὰ κάτω μέρη συνεχῶς 29) ἀγωγὴ τοῦ αἵματος, ῥοπὴν ἐμποιεῖ αὐτῷ. ἐγὼ μέντοι καὶ τὰς λίαν πρεσβυτέρας, αἷς ἐκ πολλοῦ οὐδὲν ἔμμηνον φέρεται, ὅταν ἐν σωματικῷ τινὶ γένωνται ἐνοχλήματι, διὰ τῆς τοιαύτης κουφίζω θεραπείας. ἴδιος 30) γὰρ γυναικῶν αὕτη, πολὺ τὸ δυναμικὸν ἔχει, ὅτι μιμεῖται τὸν τῆς φυσικῆς ἐκκρίσεως τρόπον. κενοῦν δ' εἴωθα, ἐνίοτε μὲν, διὰ σμιλίου, ἐνίοτε δὲ διὰ βδελλῶν προσβολῆς. καὶ ὀφθαλμοὺς δέ τις ὑπὸ ῥεύματος ἀπαύστου ἐκ πολλοῦ χρόνου 31) διαλελοιμασμένους ἰάθη διὰ τῆς τοιαύτης βοηθείας, χρησαμένων ἡμῶν, καὶ τῇ ἄλλῃ τοπικῇ 32) περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ὅλου τοῦ σώματος ἐπιμελείᾳ. καὶ πρεσβύτης τις, πρῶτον μὲν ἐκ διαλειμμάτων μακρῶν, εἶτα δὲ καὶ βραχέων, 33) ὑπὸ πνιγώδους περὶ τὸν πνεύμονα στενοχωρίας ἐνοχλούμενος, ἐθεραπεύθη τῷ

Scarificationem mulieribus, quae non probe purgantur, itemque aliis affectionibus prodesse. Cap: 20.

Mulieribus, quibus non prospere succedit purgatio, scarificatio mirabiliter auxiliatur. nam quod illic minus est factum, hac ratione evacuatur. statutum autem purgationis tempus expectandum est: tuncque, si nihil, aut parum sponte sua effluxerit, hoc auxilio tantum detrahemus, quantum usus postularit. quinetiam hoc auxilium quibusdam mulieribus maxime profuit, ut menstruae purgationes de more iterum redirent. continua enim ad partes inferiores sanguinis deductio, ei quoque viam ac propensionem parat. Equidem mulieres, quae mnltum aetate processerunt, quibus iampridem menstruae purgationis nihil apparuerat, ubi aliqua molestia corporea vexarentur, hac curatione sublevare consuevi. est enim haec mulierum propria, multumque efficax est: quippe quae naturalis excretionis modum imitetur. Evacuare autem interdum scalpello soleo, interdum hirudines admovendo. Iam vero cum oculos quidam ex longo tempore ab incessabili fluxione infectos haberet, hoc praesidio sanatus est: cum nos aliis quoque localibus auxiliis ad oculos uterermur, et totius corporis curam gessisse-

28) Cod. ἀπαυτοματίζει.

29) Immo συνεχὴς, aut συνεχῶς γινομένη.

30) Immo ἰδία, id est, θεραπεία. Ante πολὺ addendum καί. Forte tamen loco ἴδιος legendum ἐπί.

31) Scribendum erat, διαλελυμασμένος. Λελυμασμένος frequenter occurrit. διαλυμαίνεσθαι habet etiam Julian. Imper. p. 54. edit. Lips. Harpocrat. p. 100. ex Aristophane, ubi etiam frequentius occurrit.

32) θεραπείᾳ.

33) In Codice est sigla, quae βραχέως notat.

ὁμοίῳ τρόπῳ. κενοῦν δὲ δεῖ, ὅσον ἐμφαίνεται καλῶς ἔχειν, καὶ φυλακτέον ψύξιν, τροφὴν δὲ σύμμετρον ἐπὶ τρεῖς ἢ τέσσαρας ἡμέρας διδόναι. 34) καὶ λοιμοῦ δὲ κατασχόντος ἰσχυροῦ τὴν Ἀσίαν, καθ᾽ ὃν πολλοὶ διεφθάρησαν, ὑποπεσὼν κἀγὼ τῇ νόσῳ, κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν, ἀνέσεως γενομένης, κατακνιθεὶς τὸ σκέλος, ὡς δύο λίτρας αἵματος ἀπέκρουσα, καὶ διὰ τοῦτο τὸν κίνδυνον ἀπέφυγον. πολλοὶ οὖν καὶ ἄλλοι, χρησάμενοι 35) τῷ βοηθήματι τούτῳ, διεσώθησαν. πλήθους 36) γὰρ ἦν σημεῖα, καὶ ἐσώζοντο μάλιστα οἱ δαψιλῶς τὸ αἷμα κενοῦντες. ἔτι τοίνυν κεφαλαλγίας συμμέτρους ἀναιρεῖ, παρισθμίων 37) φλεγμονὰς, περὶ 38) πλευρῶν ὀδύνας προσκαίρους· τὰ δὲ χρονιώτερα τῶν τοιούτων συμπτωμάτων ταῖς τοπικαῖς ἐγχαράξεσι διαλύομεν. καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐκ νόσων ἀναλαμβάνοντας, καὶ δυσχερῶς εἰς τὴν κατὰ φύσιν ἑαυτοῖς ἕξιν ἀφικνουμένους, οὐδὲν οὕτως ἐπὶ τὴν προσήκουσαν εὐστροφίαν 39) ἄγει, ὡς ἡ δι᾽ ἐγχαράξεως ἀποκένωσις τοῦ αἵματος.

ΚΕΦ. κα.

Ἐκ τῶν Ἀντύλλου. Περὶ βδελλῶν. Ἐκ τοῦ περὶ κενουμένων βοηθημάτων.

Θηρῶντές τινες τὰς βδέλλας κατακλείουσι, καὶ ταῖς αὐταῖς ἐπὶ 40) πολὺν χρόνοντε. αὐ-

mus. Senex etiam quidam, cum prius per longa interualla, deinde brevia, ſtrangulante circa pulmonem anguſtia vexaretur, ſimili modo eſt curatus. vacuandum autem tantum eſt, quantum conuenire videatur. eſtque cavenda refrigeratio: alimentumque moderatum tribus, aut quatuor diebus dandum. Cumque peſtilentia vehemens per Aſiam vagaretur, multique ob eam cauſam obirent, egoque in morbum itidem incidiſſem, ſecundo die cum remiſſio fieret, crus ſcarificavi, et ad duas libras ſanguinis detraxi, atque hac ratione vitavi periculum. quo ſane auxilio, cum multi quoque uſi eſſent, ſunt ſervati. erant enim ſigna plenitudinis. atque illi praecipue euaſerunt, qui ſanguinem copioſe evacuaviſſent. Quinetiam capitis dolores moderatos, tonſillarum inflammationes, ac dolores laterum recentes tollit. nam diuturniora hujuſmodi ſymptomata localibus ſcarificationibus diſſoluimus. eos denique, qui vires reficiunt, et ad ſtatum naturalem difficulter redeunt, nihil ſane eſt, quod aeque eos ad accommodatam, et idoneam, bonamque nutritionem ducat, ac ſanguinis per ſcarificationem evacuatio.

Antylli, de hirudinibus. Ex libris de praeſidiis evacuantibus. Cap. 21.

Nonnulli captas hirudines includunt, eiſque ad multa utuntur. ubi

34) Hic locus notabilis eſt, tam propter rem ipſam, quam propter Apollonium. Ex eo enim ſaltem apparet, ubi vixerit.

35) In Codice primo ſcriptum τῷ βοηθήματι, ſed rursus deletum, deinde iterum ſcriptum τὸ βοήθημα, ſed hoc quoque punctis notatum.

36) Id eſt, πληθώρας.

37) In Codice monſtroſum eſt vocabulum: παρίσθμιον. Litterae tamen o inſcriptum ω. v. Erotian. p. 44. Galen. in Gloss. p. 62.

38) De his dubito, tametsi sententia ſit perspicua. Quid enim ſit, περὶ πλευρῶν; Forte, πλευρὰν, aut, περιπνευμονικῶν.

39) Rasarius expressit εὐτροφίαν, quod ſatis notum ac non alienum eſt ab hoc loco. Εὐστροφία poteſt esse *agilitas corporis*, quae ipsa etiam bonae valetudinis ſignum eſt. Notaveram mihi hoc vocabulum ex Gregor. Nyss. T. II. p. 419. Sed is nunc non erat ad manus.

40) Ita in Cod. Sed in marg. πολλῶν χρῶνται.

ται γὰρ, ἐκ 41) μελέτης οὖσαι, ῥαδίως ἅπτονται τῆς σαρκὸς, τῶν ἄλλων ἐνίοτε ξενιζομένων. δεῖ δὲ τὰς μὲν ἐκ τῆς πείρας προσάγειν εὐθύς· τὰς δὲ νῦν συνειλεγμένας φυλάττειν ἡμέραν, 42) αἷμα ὀλίγον εἰς διατροφὴν ἐμβάλλοντας. οὕτω γὰρ διαπνευσθήσεται τὸ ἰῶδες αὐτῶν. ἐπὶ δὲ τῆς χρείας τὸ βδελλιζόμενον 43) μέρος προεκνιτρούσθω, καὶ καταχριέσθω αἵματι ζώου τινὸς, ἢ ἀργίλλῳ 44) ὑγρᾷ, ἢ πυριάσθω, ἢ κνάσθω τοῖς ὄνυξιν. ἑτοιμότερον γὰρ ἅψονται. δεῖ δὲ ἐμβάλλειν αὐτὰς εἰς ὕδωρ χλιαρὸν καὶ καθαρὸν εἰς ἀγγεῖον εὐρὺ καὶ μέγα, ὅπως διακινηθεῖσαι, τὸν ἰὸν ἀποθῶνται· ἔπειτα σπόγγῳ περιλαβόντες αὐτὰς, καὶ τὸ γλοιῶδες ἀποκαθαίροντες διὰ τῶν χειρῶν, προσάξομεν. μετὰ δὲ τὸ ἐμφῦναι πάσας, ἔλαιον χλιαρὸν ἐπιχέομεν τῷ μορίῳ, ὥστε μὴ ψυγῆναι. ἐπὶ δὲ χειρῶν ἢ ποδῶν, αὐτὸ τὸ μέρος ἐμβάλλειν χρὴ τῷ ὕδατι, ἔνθα εἰσὶν αἱ βδέλλαι. εἰ δὲ, διαπληρωθεισῶν αὐτῶν, ἔτι χρήσασθαι δέοι, ἢ 45) ὀλίγαι παριέναι βδέλλαι, ἢ ὀλίγαι ἅψαιντο, μετὰ τὸ πληρωθῆναι, ψαλίζειν χρὴ τὰς οὐρὰς αὐτῶν. ἐκχεομένου γὰρ τοῦ αἵματος, ἕλκουσαι οὐ παύονται, μέχρις ἂν ἡμεῖς ἅλας, ἢ νίτρον, ἢ σποδὸν προσπάσσωμεν αὐτῶν τοῖς στόμασι. μετὰ δὲ τὸ ἀποπεσεῖν, εἰ μὲν ὁ τόπος δέχοιτο σικύαν, τὸ ἰῶδες δι' ἐπιθέσεως 46) αὐτῆς ἀφελκυστέον, σφοδρῶς κολλῶντας καὶ ταχέως ἀποσπῶντας· εἰ δὲ μὴ, πυριατέον σπόγγοις·

enim mitefcunt, carni facile admoventur: cum aliae quandoque peregrine fe gerant. eas vero experientia docti protinus admovemus: quae vero nuper funt captae, unum diem feruare, et parum fanguinis alendi gratia iniicere convenit. ita enim virus earum exprimetur. Ubi uti volumus, locus, cui applicandae hirudines funt, nitro prius fricandus eft, ac fanguine alicuius animalis, aut argilla liquida illinendus, aut fovendus, aut unguibus fcalpendus. fiquidem ita promtius carnem apprehendent. hirudinesque in aquam puram et tepidam in vafe lato atque magno iniiciendae funt, ut commotae virus abiiciat: deinde fpongia funt excipiendae, et ftrigmentis purgandae, ac denique manibus admovendae. ubi omnes inhaeferint, oleum tepidum particulae, ne refrigeretur, infundemus. si vero manibus, aut pedibus affigendae sint, partem in aquam, in qua hirudines funt, iniiciemus. si vero cum cruore plenae fint, uti etiam eis oporteat, vel quia paucae nobis hirudines fuppetant, vel quia paucae carni inhaeferint, earum caudas ubi expletae fanguine fuerint, forcipe excidemus. nam fanguine fluente nunquam trahere ceffant, donec nos fale, aut nitro, aut cinere earum ora perfpergamus. cun exciderint, si locus eft cucurbitulae capax, ejus ap-

41) μελέτη ejus eft, qui diutius ad aliquid fe paravit atque exercuit. Ergo in ea re exercenda non poteft ξενίζεσθαι, quod mox opponitur. Poterat etiam dicere, ἐν μελέτῃ. Mox αἱ ἐκ τῆς πείρας. Nisi, ἐμμελέτητοι, aut, ἐνμελέτητοι.

42) Ita dedi. In Codice inepta eft figla, quae ἡμέρας notat.

43) Apud Erotian. p. 20. a βδέλλα reperio βδελλάζομαι, qui id explicat ἀμέλγεσθαι.

44) ἡ ἄργιλλος, duplici λλ. legitur etiam in Geopon. p. 485. Masculino vel neutro genere, ni fallor, non reperi. Galen in Gloss. p 69. habet etiam ἡ ἄργιλη.

45) Sententia videtur esse: διὰ τὸ ὀλίγας παρεῖναι βδέλλας ἢ ὀλίγας ἅψασθαι. Aut fic: δέοι, εἰ ὀλίγαι παριεῖεν κ. τ. λ. Proxima verba: μετὰ τὸ πληρωθῆναι folum in margine leguntur.

46) In Codice eft: ἀποθέσεως.

τὰ δὲ σώματα καὶ στόμια, εἰ μὲν ὑποδακρύοι, 47) μάννῃ, ἢ κυμίνῳ, ἢ ἀλεύρῳ ἐπιπαστέον· ἔπειτα ἐρίῳ ἐλαίῳ βραχεῖ 48) κατειλιττέον· εἰ δὲ αἱμοῤῥαγοίη, 49) ἐπιβλητέον, ἢ ἀράχνια ἐξ ὄξους, ἢ 50) κικίδα κεκαυμένην, ἢ σπόγγον καινὸν, ἀποβαφέντα εἰς πίσσαν ὑγρὰν καὶ καυθέντα· ἔπειτα χαρτίον ὄξει βεβρεγμένον ἐπιθετέον καὶ ἐπιδετέον. ταῦτα δὲ ποιεῖν ἐπὶ τῶν μέσων. 51) ἐπὶ γὰρ τῶν κώλων, καὶ μόνος ἐπίδεσμος αὐτάρκης πρὸς τὸ ἐπισχεῖν τὸ αἷμα, λύειν δὲ τῆς ἐπιούσης. 52) καὶ εἰ μὲν εἴη τὸ αἷμα 53) σταλὲν, ἀποπίπτειν· 54) εἰ δὲ μὴ, τοῖς αὐτοῖς χρῆσθαι. γινώσκειν δὲ χρὴ, ὡς αἱ βδέλλαι οὐ τὸ ἐκ βάθους ἕλκουσιν αἷμα, ἀλλὰ τὸ παρακείμενον ταῖς σαρξὶν ἐκμύζουσιν. 55) χρώμεθα δὲ αὐταῖς ἐπὶ τῶν δεδοικότων τὰς ἀμυχὰς, 56) ἢ ἐφ' ὧν μορίων ἀνάρμοστός ἐστι σικύα, διὰ σμικρότητα τῶν μορίων, ἢ σκολιότητα καὶ ἀνωμαλίαν. ἀποσπῶμεν δὲ τὰς βδέλλας, ὅταν εἰκάσωμεν, τὸ ἥμισυ μέρος εἱλκύσθαι τοῦ αἵματος, ὅπερ ὑπολαμβάνομεν δεῖν κενωθῆναι, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τοσοῦτον ἐῶμεν ἀποῤῥεῖν, ἕως ἂν τὸ αὔταρκες ἀποκριθῇ. ἐπὶ δὲ τὸ μόριον ψύχεται ὑπὸ τῶν βδελλῶν, φύσει ψυχρῶν

plicatione virus extrahendum eſt: eaque erit valide agglutinanda, celeriterque avellenda: si vero capere cucurbitulam non queat, ſpongiis fovendus eſt. si vero ex corporibus, aut oſculis cruentae lachrymulae adhuc effluxerint, mannam, vel cuminum, vel farinam inſperges: deinde lana, pauco oleo madente, conuolues. Si ſanguis etiam erumpat, linteola, vel telas aranearum ex aceto iniicies, vel gallam, vel ſpongiam novam pice liquida illitam, et combuſtam: deinde chartulam aceto madefactam applicabis, atque alligabis. haec in mediis corporis partibus agenda ſunt. nam in artubus, hoc eſt, brachiis et cruribus, ſola deligatio ad cohibendum ſanguinem eſt ſatis: quae poſtero die ſoluenda eſt. ſique ſanguis conſtiterit, abiicienda, si non, iiſdem utendum. Scire autem conuenit, hirudines non ex intimis partibus ſanguinem attrahere, ſed eum, qui carni adiacet, exſugere. porro utimur hirudinibus in iis, qui inciſiones pertimeſcunt, vel in iis particulis, quibus propter exiguitatem, aut gibboſitatem, aut inaequalitatem

---

47) In Codice: ὑποδακρύει. Proximum μάννῃ eſt ex correctione. Antea fuerat μάννει. Videatur Niclas ad Geopon. p. 441. 458.

48) Rasarius in mente videtur habuisse, διαβρόχῳ. Mox Codex habet: κατειλιτέον.

49) Ita in margine. In textu: αἱμοῤῥαγοιτους, ſine accentu. Praeterea in margine notatum: *hic deeſt verbum unum.* Rasarius hoc videtur adscripsisse, qui ante proximum ἢ, ut ex ejus versione disco, interponere voluit, ὀθόνια.

50) Alii ſcribunt, κηκίς.

51) Medias corporis partes intelligit. Mox de membris ſingulis, quae exterius iuncta ſunt, loquitur, veluti de brachiis, pedibus etc.

52) ἡμέρας, ut per ſe intelligitur.

53) Id eſt, ἀνασταλὲν, *inhibitum.*

54) Sic in textu: in marg. ἀπονίπτειν. Utrumque absurdum. Immo, ἀποῤῥίπτειν, *abjicere.*

55) De hoc ſupra monitum.

56) Supra cap. 18. error notatus eſt in hoc vocabulo. Vers. 23. malim, ἐπεὶ δέ.

οὐσῶν, καὶ ὑπὸ τοῦ περιέχοντος, 57 a) ἀποπυριᾶν αὐτὸ χρὴ, καὶ ἀναθερμαίνειν, τήν τε ῥύσιν τοῦ αἵματος ἐπέχειν, οὐ διὰ τῶν ψυχόντων, ἀλλὰ διὰ τῶν στυφόντων, καὶ 57 b) παρεμπλασσόντων, ὡς εἴρηται.

ΚΕΦ. κβ.

Μενεμάχου. 58) Περὶ βδελλῶν.

Προσβάλλονται τοῖς πεπονθόσι τόποις αἱ βδέλλαι, ἢ τοῖς σύνεγγυς ἀλιπέσιν. 59) ἀποστρέφει γὰρ αὐτῶν τὴν ὄρεξιν τὸ ἔλαιον. 60) εἰς στενότητα δὲ καλάμου στενοῦ μηδιαντέως 61) τετρημένου καθιέμεναι, ἢ 62) πόμα καλαμίσκου, ἢ τι ὅμοιον. τὸ δὲ πλῆθος αὐτῶν ληπτέον ἐκ δύο μεγεθῶν, τοῦ τε τόπου, καὶ τοῦ πάθους. ἀφαιροῖντο δ' ἂν ἐλαίου θερμοῦ τοῖς χείλεσιν αὐτῶν παραστασχθέντος. τὸ δὲ δηκτικὸν τῶν ἄλλων 64) ἐπὶ τῶν ἑλκομένων ἐκκλητέον. 65) τὸ δὲ μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν ἐπιῤῥέον 66)

affigere cucurbitulas non possumus: hirudines autem avellimus, quando ejus sanguinis, quem detrahi oportere existimamus, dimidium extractum fuisse coniicimus: deinde tamdiu sinimus effluere, quamdiu fuerit is, qui satis sit. cumque particula tum ab hirudinibus, quae suapte natura sunt frigidae, tum ab aëre ambiente refrigeretur, ideo fovenda est, ac recalsacienda: sanguinisque effluxio non refrigerantibus, sed adstringentibus, et emplasticis, ut diximus, cohibenda est.

Menemachi, de hirudinibus. Cap. 22.

Hirudines locis affectis, aut iis, quae non pinguibus proxima sunt, applicantur. nam oleum earum appetentiam subuertit. in angustiam vero stricti calami, ab utraque parte non perforati, aut in operculum paruae arundinis, aut quippiam simile demitti debent, cum admovendae sunt. earum numerus ex duabus magnitudinibus, loci videlicet, et affectionis est sumendus. * auferantur autem oleo calido earum labiis infuso. mordacitas vero aliarum in

57 a) ἀέρος, ut alibi, intelligitur.

57 b) Haud dubie respicit p. 149. vers. 1. 2. Ergo, παρεμπάστων, aut παρεμπλέστων. Ἔμπαστος habet Gregor. Nyss. T. II. p. 509.

58) De hoc v. Fabr. bibl. gr. Vol. XIII. p. 335.

59) Neque hoc apud Stephanum auctoritate comprobatum est vocabulum. Occurrit in Geoponicis p. 577. et alibi. Minime vero mihi propositum est, lexica hic locupletare.

60) Hoc est, τὸ πιμελές.

61) Monstrosum hoc vocabulum in Codice subnotatum est linea. Forte: μὴ διαντάως. Διανταῖος reperire licet in Hippocrate. Notaveram id mihi etiam ex Aeschyli edit. Stanleii. p. 202. 508. Sed iste liber nunc non erat ad manus.

62) Forte, στόμα, seu, στόμιον. Post ὅμοιον videtur deesse verbum tertiae personae pluralis numeri. Offendo vero etiam in κάλαμος et καλαμίσκος, quae hic invicem juncta sunt.

63) Deinceps iterum scriptum ἂν, sed punctis notatum est.

64) In margine ἡλῶν. Forte, ἀλῶν.

65) ἐκλυτέον in margine. Aeque conjici possit, ἐκκλειτέον et ἐκκλιντέον.

66) Nimirum, αἷμα.

ἐπιτεθεὶς ἐπέχει δάκτυλος. τὸ δὲ πλῆθος τῆς ἐκκρίσεως ἐμφαίνεται μὲν καὶ τῇ διορθώσει τῶν βδελλῶν. ἐναργέστερον δὲ γίνεται συναχθὲν, ὅταν χωρισθεῖσαι τῶν σωμάτων ἀπεμέσωσιν τὸ αἷμα. στράγγος 67) δὲ, αὐτῶν ἐμφυσμένων, ἀμυκτέον ἐπιπολαίως τοὺς τόπους, οἷς προσάγονται. γευσάμεναι γὰρ αἵματος, ὀρέγονται μᾶλλον αὐτοῦ.

partibus ulceratis conueniet. quod vero post auulsas hirudines effluit, digitus impositus cohibet. quantitas autem excretionis ex hirudinum erectione apparet: sed evidentius quoque cernitur, si in unum conducta fuerit, ubi hirudines a corporibus diuulsae sanguinem euomuerint. hirudinibus vero adhaerescentibus, loca, quibus affigendae sunt, superficie tenus scarificanda sunt. nam, ubi sanguinem gustaverint, eundem magis expetunt.

ΒΙΒΛ. Η. ΚΕΦ α.

Ἐκ τῶν Ἀρχιγένους. Τίς ἡ προπαρασκευὴ τοῦ ἐλλεβοριζομένου. Ἐκ τοῦ α. τῶν θεραπευτικῶν χρονίων.

Τοὺς μέλλοντας ἐλλεβορίζεσθαι εὐτόνους κατὰ σῶμα καὶ εὐψύχους δεῖ κατεσκευάσθαι, τοῖς ὑγροῖς εὐρόους, πρὸς ἔμετον εὐκόλους. οὐκοῦν, ὡς μὴ πλημμεληθεῖεν οἱ ἄνω τόποι, 68) προτινάχθω 69) ἡ κοιλία, ὡς ὑπέδειξα. 70) εἶτα μετὰ ἀνάληψιν ἡμερῶν τεσσάρων ἢ πέντε, ἔμετος 71) ἐντευθείτω ἀπὸ δείπνου, ληγούσης σελήνης, 72) καὶ, διαγενομένων πέντε ἡμερῶν, πάλιν ἕτερος. εἴ τις 73) ἐν τῇ αὐξήσει τοῦ μηνὸς πάλιν ἀναλαμβανέσθω τὸ σῶμα, καὶ μετὰ ταῦτα, μαλαχθείσης τῆς κοιλίας ἀπὸ τῆς ἀποκρού-

Archigenis, quomodo praeparandus sit is, qui elleborum sumpturus est. Ex primo de ratione morbos diuturnos curandi. Lib. *VIII.* Cap. 1.

Qui sumturi elleborum sunt, praeparari debent, ut corpore robusto, & animo constanti sint: ut eorum humores ad fluendum, ipsique ad vomendum faciles reddantur. ne igitur superiora loca vitientur, venter est prius inaniendus, ut jam docui: post vero quatuor, aut quinque dierum refectionem, vomitus a coena luna desinente cieatur: & transactis quinque diebus, alius vomitus citetur: & in mensis incremento corpus iterum erit reficiendum. tum

67) In margine, hujus loco, notatur, μόγις, et ab alia manu additum est: *hic deest quippiam.* Forte hic latet vocabulum στράγξ, στραγγὸς, quod legitur apud Apoll. Rhod. p. 477. Dionys. Halicarn. T. II. p. 180. Mox, loco ἐπιπολέως, correxi ἐπιπολαίως. Omnia hic dubia sunt. Forte etiam legendum, ἀπομακτέον.

68) Loco, ἄνω τόποι, quod est in textu, in marg. sigla est, quae ἄνθρωποι notat. Addo hic: De Archigene v. Fabr. bibl. gr. Vol. XIII. p. 80. et chirurgos Graecos ex edit. Cocch. in praefatione p. XII. bis, et p. 117. seqq. et 154. Archigenis meminit etiam Antyllus hic inferius libro IX. cap. 23.

ἐστιν. εἰ γὰρ πρὸς μεσημβρίαν πᾶσα κέκλικεν ἡ χώρα, τῆς πρὸς ἄρκτον κεκλιμένης, εὐωδέστερα πέπεπται μᾶλλον. ἀλλὰ καὶ πάντων δένδρων, οἱ πλέον ἡλίου μεταλαμβάνοντες καρποὶ, τῶν ἧττον μεταλαμβανόντων κρείττους. μείζους τὲ γὰρ εἰσι, καὶ εὐωδέστεροι, καὶ θᾶττον πεπαίνονται, καὶ τῇ γεύσει μᾶλλόν εἰσι κεχαρισμένοι. καὶ ἑκάστου δένδρου, τὸ πρὸς μεσημβρίαν τετραμμένον τῆς περιφερείας μέρος, ὑγρότερον καὶ μανώτερον 39) καὶ ἁπαλώτερον καὶ εὐκαμπέστερον καὶ ἐλαφρότερον καὶ εὐτονώτερον καὶ τέκτονι εὐχερέστεον 40), καὶ αὔξει πλέον εἰς εὖρος· τὸ δὲ πρὸς ἄρκτον, ξηρότερον, καὶ πυκνώτερον, καὶ βαρύτερον, καὶ δυσκαμπέστερον, καὶ τοῖς ἐργαζομένοις ἐργωδέστερον, αὔξεται ἐπὶ ἔλαττον τῇ περιφερείᾳ. ἤδη τοίνυν οὐ μόνον τοῦτο καταφανὲς, ὅτι τὰ πρὸς μεσημβρίαν κατάντη χωρία, τῆς 41) πρὸς τὸν ἥλιον ἕνεκα σχέσεως, τῶν πρὸς ἄρκτον ὑγιεινότερα· ἀλλὰ καὶ τόδε. ἐπεὶ 42) τὰ πρὸς ἀνατολὰς ἢ δύσεις κατάντη χωρία, τῶν μὲν πρὸς μεσημβρίαν κατάντων ἧττόν ἐστιν ὑγιεινὰ, τῶν δὲ πρὸς ἄρκτον ὑγιεινότερα, ὅτι τούτων 43) μὲν μᾶλλον ἡλίου μεταλαμβάνει, 44) ἐκείνων δὲ ἧττον.

perſpicuum. nam, ſi omnis, quae ad meridiem eſt ſita regio, odoratior eſt, quam quae ad ſeptentrionem eſt poſita, magis etiam concocta eſt et matura. quin omnium quoque arborum fructus, qui maiorem ſolis partem nacti ſunt, praeſtant iis, qui minoris participes fuerunt. ſunt praeterea maiores, odoratioresque, et celerius maturescunt, et gratioris ſunt guſtus. Cujusque etiam arboris pars, quae ad meridiem vergit, humidior, rarior, magis tenera, flexibilior, levior, efficacior, et fabro accommodatior eſt: et in latitudinem plus augetur. quae vero verſa ad ſeptentrionem eſt, ſiccior, denſior, gravior, difficilior ad flectendum, et fabris incommodior, minus in ambitu augetur. Quibus quidem fit, ut non ſolum planum ſit, quae ad meridiem ſunt verſae declives regiones, causa ejus relationis, quam habent ad ſolem, eſſe iis, quae ad ſeptentrionem vergunt, ſalubriores: ſed hoc etiam, eas, quae declives ad orientem, aut occidentem ſolem verſae ſunt, minus ſalubres eſſe iis, quae declives meridiem ſpectant: eſſeque ſalubriores, quam quae in ſeptentrionem vergunt. cauſa eſt, quoniam magis participes ſolis ſunt, quam hae: ſed minus, quam ſuperiores, quae meridiem ſpectant.

39) τὸ μανὸν opponitur τῷ πυκνῷ, ac ſaepe cum μαλακῷ conjungitur. Eis contraria ſunt πυκνὰ καὶ σκληρά.

40) Hoc interpretor, εὐμεταχειριστότερα, nisi adeo ita legendum ſit, id eſt, *fabro lignario tractabiliora ſunt ad opus faciendum, ad elaborandum.* Mox opponitur: τοῖς ἐργαζ. ἐργωδ.

41) Sic correxi, loco τούς. Tria hic deinceps vitia in Codice: κάταντα χώρια τούς.

42) ἐπεὶ non habet locum. ὅτι ſcribendum videtur.

43) Id eſt, τῶν πρὸς ἄρκτον.

44) Scilicet, τὰ ἀνατολικὰ καὶ δυτικά.

ΚΕΦ. κ.

Ποῖαι ἀγυιαὶ ὑγιεινὰ καταστήματα τῶν πόλεων ποιοῦσι, καὶ ποῖαι οὐχ ὑγιεινά.

Ἐν πόλει ὅταν ἀγυιαὶ παράλληλοι ὑπάρχωσιν, αἰεὶ μὲν καὶ εἰς μῆκος ἄλληλαι, 45) καὶ αἰεὶ δὲ εἰς πλάτος, ταῖς 46) ὁμοταγέσι μὲν ἀνατολὴ ἰσημερινὴ καὶ δύσις ἐπ' εὐθείας κείμεναι· αἱ δὲ ἄρκτῳ καὶ μεσημβρίᾳ πάσαις δὲ τέμνωσι τὴν πόλιν· αἱ μὲν κατὰ τὸ μῆκος ὅλον· αἱ δὲ κατὰ τὸ πλάτος μέχρι περάτων, οὐδὲν οἰκοδόμημα τὸ μεταξὺ ἑαυτῆς ἑκάστη ἔχουσά τι ἐνιστάμενον ἐπιπολὺ τῶν προαστείων καθαρὰς ἐπ' εὐθείας τὰς ἐφ' ἑαυτῇ ἑκάστη ἔχουσα ὁδοῦ, 46) εὐάερον τὴν πόλιν παρέχουσιν, εὐήλιόν τε καὶ καθαρὸν καὶ εὐήνεμον τὸ κατάστημα ποιοῦσιν, ὅτι οἱ ἄνεμοι, βορέας καὶ νότος, εὖρός τε καὶ ζέφυρος, οἳ δὴ κορυφαιότατοι τῶν ἀνέμων εἰσὶ καὶ εὐτακτότατοι, διαῤῥέουσι διὰ τῶν ἀγυιῶν 47) εὐπεπτῶς ἐπ' εὐθείας ἑαυτοῖς κειμένων, καὶ οὐδὲν ἔχοντες τὸ ἐνιστάμενον τῇ ῥύσει. διάπνευστοι δὲ τῇ πόλει γενόμενοι, οὐδὲν ἐργάζονται βίαιον. ἄνεμοι γὰρ ὅταν μὴ ἔχωσι τὸ κωλῦον, λανθάνουσι παριόντες, οὐ μὴν ἀργοὶ διέρχονται τὴν πόλιν. καθαίρουσι γὰρ τὸ κα-

Quaenam viae civitatis ſtatum ſalubrem aut non ſalubrem faciunt. Cap. 20.

Cum in civitate viae diſtent aequo inter ſe interuallo, ſemper mutua longitudine, mutuaque latitudine protenduntur. et, quae ſunt ejusdem ordinis, ad orientem, et occidentem recta ſtatuuntur: aliae vero ad ſeptentrionem et meridiem, quibus omnibus civitas dividitur: ut aliae per totam longitudinem, aliae per latitudinem uſque ad fines progrediantur, nec ullum aedificium inter eas ſingulas in ſuburbiis ſit conſtructum: ſed puras directo vias per ſe ſingillatim habeant: hae namque urbem aëri bene comparant, et ſtatum bene a ſole illuſtratum, purumque, et, qui bene a ventis perfletur, efficiunt: quoniam Boreas, et Notus, Euruſque, et Zephyrus, qui maxime ſunt ventorum coryphaei, ordinatiſſimi per vias defluunt. quae directo ad eos ſunt ſitae, ſique nihil habeant, quod eorum defluxum retineat, per urbem perflati et perſpirantes, nihil violenti faciunt: nam venti cum nihil eos impediat, nos

45) Hic totus locus pessime corruptus eſt, adeo, ut inſanabilis, mihi quidem, videatur. Proposui ergo nec correctiones, nec conjecturas, ſed ſolas ſuspiciones. Forte ergo, αἱ ἀγυιαί, ἄλληλαι post παράλληλοι, plane otiosum videtur, cum praesertim absurdum ſit, ἀνατολὴ — δύσις ad nihil referri possunt. Rasarius videtur voluisse, κατ' ἀνατολὴν καὶ δύσιν, quod et mihi in mentem venerat. Mox tamen eſt dativus, ἄρκτῳ καὶ μεσημβρίᾳ. ἰσημερινὴ prorsus neglexit Rasarius: attamen memoratur ἀνατολὴ θερινή, ἰσημερινή, χειμερινή. Mei officii arbitratus ſum, lectionem Codicis ad litteram hic repraesentare, reliqua autem virorum doctorum ingenio, ſagacitati atque eruditioni relinquere.

46) Ab hoc loco ſcriba videtur paullatim ad ſe redire voluisse. εὐάερος fruſtra quaeras in thesauro Stephaniano. εὐαερὴς ipse inveni apud Chrysoſt. VIII. 330. C. Veruntamen h. l. reperitur etiam εὐάερος. Item δυσάερος legitur. De neutro vocabulo dubito. Simile eſt εὐάνεμος, quod ſaepius legi.

47) Hoc vocabulum punctis ſubnotatum eſt. Forte, εὐπετῶς legendum. Mox forte, εὐδιάπνευστοι.

τάστημα, τοὺς καπνοὺς ἐκβάλλοντες τῆς πόλεως, τούς τε κονιορτοὺς, καὶ τὰς ἀναθυμιάσεις πάσας, εὐήλιόν τε τὴν πόλιν, οὕτως ἔχουσαι, ποιοῦσιν αἱ ἀγυιαὶ, ὅτι ὁ ἥλιος ἀνατέλλων καὶ δυόμενος εἰσέρχεται, καὶ ἀνατολῆς, 48) μεσουρανῶν δὲ, εἰς πάσας 49) τὰς ἄρκτους καὶ μεσημβρίας, ὥστε ἡλιοῦσθαι ἑκάστης ἡμέρας ἐν τῇ πόλει τὰς ἀγυιάς. ἐὰν 50) δὲ πάσαις μήτε παραλλήλους τὰς ἀγυιὰς ἔχειν, μήτε εὐθείας, σκολιαί τε διεξιτήτους τινὰς αὐτῶν, καὶ πρὸς τοὺς ἀνέμους λοξὰς, πολλὴν τοῦ ἀέρος ταραχὴν ἔχει. ἑνὸς γὰρ πνεύσαντος ἀνέμου, πολλοὺς γενέσθαι συμβαίνει καὶ μαχομένους ἀλλήλοις. ὁ μὲν γὰρ ἄνεμος ἐπ' εὐθείας ῥεῖ· αἱ δὲ ἀγυιαὶ οὐκ εἰσὶν εὐθεῖαι. ἐμπίπτων οὖν ταῖς μὲν ἀδιεξιτήτοις, οὐκ εἰσέρχεται, διὰ τὸ μὴ εἶναι ὁδόν· ἀράσσει δὲ τὸν ἐν τῇ ἀγυιᾷ ἀέρα καὶ ἀντισημαίνεται· 51) ταῖς δὲ σκολιαῖς καὶ διέξοδον ἐχούσαις, 52) διὰ τὸ ἄλλας ἄλλας ἐγκεκλᾶσθαι, ἀφ' ἂν μὲν ἀποπαλλέμενος περιῤῥεῖ, καὶ πολλάκις φέρεται πάλιν εἰς τοὺς αὐτοὺς ἀσθενεῖς εἰσεῤῥύει τόπους, καὶ ἀντικυμαίνει ἑαυτόν. ἀφ' ὧν δὲ εἰς ἑτέρους γὰρ τεταγμένους οἱ ἄνεμοι τὰς ἀντιπνεύσεις ποιοῦνται, ὥσπερ ἡ αὐγὴ τὰς ἀνταγίας. 53)

in transitu latent: nec lenti civitatem praetervehuntur. atque ita constitutionem purgant, cum fumos, puluerem, et omnes exhalationes a civitate repellant. ex quo fit, ut viae, quae sic constituae sunt, urbem soli recte exponant, quia sol exoriens et occidens in eas ingreditur: et oriens recta eas luce complet. cum vero medium coelum conscedit, in omnes eas, quae ad septentrionem et meridiem vergunt, sese pandit: ita, ut totum diem viae civitatis radiis solis perfundantur. si vero non omnes viae pari interuallo inter se distributae sint, neque rectae, sed flexus quosdam habeant, qui percurri non possint, et obliqui ad ventos sint, multam aëris turbationem excitari contingit. cum enim unus ventus spirat, multos fieri accidit, eosque pungnare inter se. nam ventus per rectum fluit. at viae non sunt rectae. ergo incidens in eas, quae exitus non habent, ventus non ingreditur, quia ei nulla ibidem patet via. aërem vero, qui in ea via est, collidit, et undabandus per flexus, easque vias, quae exitus habent, iactatur:

48) Forte: καὶ ἀνατέλλων μὲν ἐπ'. Mox enim est: μεσουρανῶν δέ. Sed addendum videtur etiam: μὲν καὶ δυόμενος.

49) Credo legendum: τὰς κατ' ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν. Τὰς, id est, ἀγυιάς.

50) Sententia hic quidem perspicua, sed verborum constructio obscurissima est. Abstineo me ab correctione totius loci. Solum vocabulum δυσεξίτητος emendo, quod habet Euseb. Praepar Euang. p. 40. A. nisi tamen ibi δυσεξίτηλος legendum sit. Hoc loco paullo inferius legitur ἀδιεξίτητος, quo utuntur Philo p. 358. 590. Cinnamus p 52. 131. Gregor. Nyss. T. I. 811. II, 362. 740.

51) Ita in textu. Sed, supra scripto κυ, correctum, ἀντικυμαίνεται, quod vocabulum mox legitur h. l. Plutarch. de placit. Philos 3, 17 ὑφ' ἧς ἀντικυμαίνεσθαι τὰ πελάγη. Propric ergo de undis dicitur, ab κῦμα. Sed hoc ipso loco aliquoties de ventis dixit ῥεῖν. Ergo de σχίδνασθαι et similibus h. l. non videtur cogitandum esse.

52) Codex: ἔχουσαι. In proximis exhibui perversam lectionem Codicis. Locus est obscurus, in quo illustrando frustra oleum et operam perdas. Corrigere enim non licet editori.

53) Debebat saltem esse ἀνταυγείας. v. Plutarch. de plac. Philosoph. 2, 20. ter.

ἐκείνη μὲν γὰρ κατ' ἴσας ἀνακλᾶται γωνίας· οἱ δὲ, ὥσπερ καὶ τὸ ὕδωρ, ὅπου ἂν τύχωσιν ὁδοῦ, ἐκεῖσε μεταῤῥέουσι, κωλυόμενοι ἐπ' εὐθείας φέρεσθαι. συμβαίνειν 54) οὖν ἔστιν ὅτε, προσπεσόντα τὸν ἄνεμον στερεῶς σχίζεσθαι εἰς ἑκάτερα, ὅταν παράκεινται ἑκατέρωθεν ὁδοὶ, καὶ πάλιν τοῦτο πάσχειν, καὶ ἑτέραν ῥύσιν τοιούτῳ προσπεσόντα καὶ γίνεσθαι πολλοὺς, ἕνα ὄντα, καὶ συμπίπτειν ἑαυτῷ, ὁτὲ μὲν ἐκ πλαγίου φερόμενον, ὁτὲ δὲ ἐξ ἐναντίας, καὶ καθ' ἑκάστην ἔγκλισιν τῶν ἀγυιῶν ἀντιθλιβόμενον τῇ προσπτώσει ἀνάσσειν 55) σφοδρῶς τὸ κατάστημα. τοῖς μὲν γὰρ 56) ἥκουσιν ὅιαν ἐμοὶ ἁπαλῶς· τοῖς δὲ ἀντιπίπτουσι. κλονεῖται οὖν ἀντιπνεόμενον οὐδενὶ σὺν κόσμῳ τὸ κατάστημα τῆς πόλεως. ἑνὸς οὖν τινὸς ἀέρος κυκήσει 57) συγκυκατάγιον, 58) ὡς καὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου συμφυὲς πνεῦμα. καὶ οὕτως ἔχων ἐμποδίζει τὰς πέψεις καὶ τὰς ἀναδόσεις. τοιούτου δὲ ὄντος ἂν εἴη ὑγιεινόν. ἀλλὰ μὴν, καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἐπ' εὐθείας ἀεὶ ἀπ' αὐτοῦ φερόμενον, σκολιὰν ταῖς ἀγυιαῖς οὐκ ἂν προσπίπτοι ὁμαλῶς, ἀλλὰ σποράδην ἐφάψασθαι τῶν τῆς πόλεως. καὶ οὕτως ἥκιστα

quandoquidem aliter ab aliis atque aliis inflectatur et refringatur. a quibus autem vibratus circumfluit, et ſaepe vicissim fertur, in eis ad eadem loca debilis fluit: et undoſus ſeſe iactat: a quibus vero in alios conſtitutos mittuntur, contrarias ſpirationes faciunt, ut lumen luminis reflexum. ad pares enim angulos ſemper reflectitur. illi vero perinde, atque aqua, faciunt, ut cum inter ſe in via inciderint, praeterfluant, cum recta tranſire non poſſint. accidit autem quandoque, ut ventus, qui arcte incidit, in utrumque latus dividatur, cum utrinque ſint acceſſus: atque eundem rurſus aliam fluxionem pati, ſi quid tale ei occurrat: et ex uno multi fiant: et in ſeſe incidere modo e lateribus, modo ex contrariis partibus delatos, et in ſingulis viarum inclinationibus repercuſſos ſua offenſione vehementer coeli ſtatum commovere. aliis enim venti molliter cedunt, alia vero repercutiunt. ex quo fit, ut ſtatus civitatis nullo * more a contrariis perflatus, perturbetur. cum igitur unus ſit ventus, confundetur aër et turbabitur, non ſecus, quam ſpiritus homini innatus. qui cum * ita ſit, concoctiones et diſtributiones impediet. eſſet autem hujusmodi ſalubris: ſed lux ſolis, quae ſemper directo ab eo fertur, ſinuosa in vias!, non autem aequalis in-

54) Forte: συμβαίνει.

55) Forte, ut ſuperius, ἀράσσειν, aut, ταράσσειν aut, ἀναταράσσειν.

56) Forte: ἥκουσιν οἱ ἄνεμοι. Ecce ſcribam omnium inſimum!

57) Utitur hoc Plato p. 491.

58) Ita ſine accentu. Latent in his veſtigia τοῦ συγκυκᾷν, ac fortasse etiam τοῦ τάχιον. Verum in hujusmodi locis fruſtra conjectura adhibetur.

ἂν ἠλιεῖτο ἡ πόλις, καὶ ἥκιστα διαλύει 59) τὴν ἀναθυμίασιν ὑπὸ τοῦ ἡλίου. μάλιστα δ' ἂν εἴη παχὺ καὶ δυσδιάπνευστον τὸ κατάστημα. τὸ δὲ τοιοῦτον ὀυκ ἔστιν ὑγιεινόν. ταῦτα δὴ εἶεν αἱ πόλεις ἐπιπέδῳ χωρίῳ συμβαίνει. εἰ δὲ εἶεν 60) ἀνωμαλεῖαι μὲν παραλλήλους ἔχουσαι τὰς ἀγυιὰς, δυσάερα γίνονται, ὅταν τοῖς ὑψηλοτέροις μέρεσι τῶν ἀγυιῶν ἐναντίως πνεύσῃ ἄνεμος αἱ δὲ σκολιὰς ἔχουσαι τὰς ἀγυιὰς, ἀμείνους. τὰ γὰρ ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις τοῦ χωρίου τῆς πόλεως μέρη ἐυαερώτερα συμβαίνει εἶναι.

cidit, sed sparse et vage eas attingit. atque ita civitas minime a sole perlustratur, minimeque a sole dissoluitur exhalatio. quocirca status ille crassus est maxime et perspiratu difficilis: quique talis est, is non est salubris. quod solet usu venire, cum in plana regione urbes sunt sitae. si vero inaequalitates sint, quae vias habeant aeque distantes, aëris difficilis redduntur, cum contra, quam sitae sunt, altissimae viarum partes, ventus spiret. quae vero sinuosas vias habent, praestantiores sunt: siquidem fit, ut urbis partes in sublimioribus regionis partibus statutae melius perflentur et aëre perfruantur.

ΚΕΦ. κβ.

Ἐκ τῶν Ἀντύλλου. Περὶ ἐμβροχῆς. Ἐκ τοῦ α. λόγου, τοῦ περὶ βοηθημάτων.

Ἐμβροχὴ καταπλασμάτων δύναμιν μὲν ἐλάττονα ἔχει· χρώμεθα δὲ αὐτῇ, παραιτούμενοι τὰ καταπλάσματα, ἤτοι διὰ τὸν καιρὸν, ἢ διὰ τὸν τόπον, ἢ διὰ τὴν δύναμιν. διὰ μὲν τὸν καιρὸν, ἐν ἀρχῇ τῶν νόσων παραλαμβάνοντες ἐμβροχὰς, ἀκαίρου τηνικαῦτα τῆς χρήσεως τῶν καταπλασμάτων καθεστώσης· διὰ δὲ τὸν τόπον, ἐπὶ κεφαλῆς ἐμβροχαῖς χρώμεθα, μὴ 61) πάνυ τῇ πρὸς τὰ καταπλάσματα ἐυδιατιθεμένοις· διὰ δὲ τὴν δύναμιν, ἐπὶ τῶν ἰσχνῶν, οὐ δυναμένης φέρειν τῆς ἀσθενοῦς δυνάμεως τὸ βάρος τῶν καταπλασμάτων. ἐπιτηδειότατον δὲ τὸ χαμαιμήλινον 62) ἔλαιον, μά-

Ex Antyllo. De madefactionibus. Ex primo de praesidiis libro. Cap. 22.

Madefactio minorem vim habet, quam cataplasma. iis utimur, cataplasmata, vel propter tempus eis minime aptum, aut propter locum, aut propter eorum vim devitantes. ac temporis quidem ratione, in principio madefactiones adhibentur, cum eo tempore cataplasmatum intempestivus sit usus. Propter locum vero, in capite madefactionibus utimur in iis, qui non recte admodum ad cataplasmata sunt affecti: propter vim denique in gracilibus: cum vires imbecillae cataplasmatum pondus ferre non queant. Accommodatissimum autem est chamaemelinum oleum: et praesertim

59) Ita et hoc, et cetera in Cod. Forte vers. 4. εἶεν, ἃ πολλάκις ἐπιπέδῳ χωρίῳ συμβαίνοι.
60) Ita Codex. Sed haec conjectura atque emendatione indigna sunt.
61) Conjicio: μὴ πάνυ τι (seu, τοι) πρὸς — ἐυ διατιθεμένης. Πάνυ τι et πάνυ τοι satis nota sunt. v. Xenoph. mem. Socr. II, 5, 5.
62) De χαμαίμηλον, quod variis nominibus appellatur, v. Dioscor. 3, 154. p. 235. Galen. in Gloss. p. 74. qui ipse etiam tria hujus nomina notat. Gregor. Nyss. T. II, 474.

λιςα 63) ἐφ' ὧν οὔποτ' ἔλαιον ἢ κατὰ τὴν κεφαλὴν ὑπόλημνος ὁποῖος πέπαυται τῆς ἀναφορᾶς. τήν τε γὰρ οὖσαν ἐν τῇ κεφαλῇ διαφορεῖ, καὶ ἑτέραν οὐκ ἐπισπᾶται, ὅπερ οὐκ ἄλλῳ τινὶ συντετύχηκε φαρμάκῳ. χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι ἐπὶ τῶν φρενητικῶν προσάγειν. χρὴ βρέγματι καὶ κροτάφοις, ἀποχωροῦντας 64) τῆς κορυφῆς, καὶ τῶν ὄπισθεν μερῶν. τὰς γὰρ καταψύξεις οὐ φέρει ταῦτα τὰ μόρια, τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων ἐν αὐτοῖς τυγχανόντων. τὰς μέντοι θερμαινούσας 65) διαβροχὰς ἐποχετεύειν αὐτοῖς ἀφειδῶς προσήκει. εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι ὕδωρ μὲν ψυχρὸν καὶ ὀξύκρατον ἐν σπόγγοις καινοῖς δεῖ παραλαμβάνειν· οἰνέλαιον δὲ, ἐν ἐρίοις 66) τοῖς ὑπήροις· ὁμοίως δὲ καὶ ὑδρέλαιον. μοτοὶ 67) δὲ πρὸς πάσας τὰς ἐμβροχὰς οἱ ἐξ ὀθονίων καθαρῶν ἐπιτήδειοι.

* in iis, in quibus oleum, capiti admotum, evaporationi finem imponit, eamque, quae in capite eſt, digerit, aliamque non attrahit. quod nulli praeterea medicamento contigit. Illud ſane scire conuenit, madefactiones in phreneticis, ſyncipiti et temporibus adhibendas eſſe, adhibita diligentia, ne verticem, et partem poſteriorem attingamus: ſiquidem hae particulae perfrictines non ferunt, cum ſint origines neruorum. quin calidas quoque perfuſiones eis large admovere convenit. Noſſe autem debemus, aquam frigidam, aut poſcam novis ſpongiis eſſe excipiendam: vinum vero cum oleo lanis ſordidis, itemque hydrelaeum. linamenta vero ex linteis puris ad omnes madefactiones ſunt accommodata.

Κ Ε Φ. κγ.

Περὶ 68) καταιονήσεως, ἀποσπογγισμῶν, προσκλύσματος. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Χρώμεθα δὲ καταντλήσει μὲν ὑπὲρ 69) διαβροχῆς σωμάτων, ἤτοι μιμούμενοι τὴν τοῦ λουτροῦ χρῆσιν, ὅταν διά τινα περίςασιν μὴ

De irrigationibus. ſpongiae applicatione, aſperſioneque. Ex eodem libro. Cap. 23.

Irrigatione utimur, ut corpora perſpergamus, hoc eſt, balneorum uſum imitantes, cum alia circumſtantia impedi-

63) Stellula haec notavit Rasarius. Merito. Sine Codice ſanari nequeunt.

64) *Ita, ut discedamus, abeamus, abstineamus ab*, seu, ἀπεχομένους. Ἀποχωρεῖν proprie eſt, *abire, discedere.* Eo ſenſu, ut hic occurrit, non recordor legere.

65) Hoc non differt a ſuperiori ἐμβροχή. Capite 23 rursus eſt utrumque.

66) Ita Codex. In margine vero a recentiori legitur, ῥυπαροῖς, quod amplexus eſt Rasarius. Equidem vero in eo acquiescere nequeo. Conjicio ergo, loco τοῖς (quod hic locum non habet,) ὑπήροις, legendum esse: οἰσυπηροῖς. Vide Dioscor. 2, 82. p. 107. Erotianum p. 39. in οἰσύπη, et p. 40. in πινώδεσι. Ariſtoph. Acharn. v. 1176. ubi Schol. ῥύπου πεπληρωμένα.

67) Codex: μωτοί. v. Erotian. p. 17. in ἄχνη ὀθονίου. Galen. in Gloss. p. 72. 77. ubi etiam deminutivum μοτάριον.

68) Codex: καταιωνήσεως. Dicitur καταιων εἶναι καταιώνητις. v. Chryſoſt. T. IV, p. 576. E. VII, p. 829. B. Euseb. Praepar. Euang. p. 395. A. ἀνθ' ὕδατος ἐλαίῳ καταιονούμενοι. Gatacker. ad Anton. V, 9. Mox h. l. eſt ſynonymum κατάντλησις. In indice, a principio Codicis, hoc caput inscribitur: περὶ καταιονήσεως, γογγυλισμῶν, προσκλύματος.

69) Scriba utrumque vocabulum temere inuicem copulavit. Ad proximum ἤτοι deinceps nihil refertur.

δυνάμεθα 70) λουτρὸν παραλαβεῖν, βουλόμενοι μὲν ὑγρᾶναι τὰ σώματα, οὐ δυνάμενοι δὲ δι' ἐμβροχῆς τοῦτο ποιῆσαι, οὐ πάνυ δυομένης εἰς βάθος. ἀποσπογγισμὸν 71) δὲ παραλαμβάνομεν, ἤτοι τὸν ἐπικείμενον 72) ἀπορύψαι προαιρούμενοι ῥύπον, ἢ ἰχῶρα, ἢ αἷμα, ἢ ἐπίπαγον 73), ἢ πύον ἐπιπεπηγὸς, ἢ αὐτὰ τὰ φάρμακα, καὶ τὰ ἐπικεχρισμένα, ἢ δῆξιν, ἢ κνισμὸν ἐνοχλοῦντα τοῖς σώμασιν· ἐπὶ δὲ προσώπῳ, ῥῶσαι βουλόμενοι καὶ τόνον ἐνθεῖναι. ὑπὲρ τῆς αὐτῆς δὲ χρείας καὶ τὸ πρόσκλυσμα παραλαμβάνομεν. καταντλητέον δὲ κεφαλὴν μὲν, δι' ἀγρυπνίας καὶ παρακοπάς. καὶ στόμαχος δὲ καὶ ὑποχόνδριον ἐλαίῳ θερμῷ καταντλεῖται. ὁμοίως δὲ καὶ πλευρὰ καὶ ῥάχις, καὶ κύστις· 74) τετανικούς τε καὶ ἰσχιαδικοὺς ἐλαίῳ θερμῷ καταντλητέον. σκέλη δὲ τῶν χρονίως καὶ καταξήρως πυρετσόντων, καὶ, 75) εἴ τι μοι ἐφιδρῦντο ὅλως, ἢ μετὰ τοὺς ἱδρῶτας ἀπεξηραμμένῳ, 76) ὑδρελαίῳ, καὶ μεταγωγῆς δὲ χάριν καταιονήσομεν 77) τὰ σκέλη ὕδατι πολλῷ, ἢ ὑδρελαίῳ, καὶ πλανωμένην δὲ ὕλην κατασχεῖν ἐν ἀκυροτέροις βουλόμενοι μορίοις. τηνικαῦτα δὲ θερμοτέρῳ χρώμεθα μέχρι δήξεως,

ti, balneo uti non possumus. cum autem humectare corpora velimus, id madefactione facere non valemus, cum ea non alte admodum descendat. spongiam vero admovemus, ut sordem adhaerentem abstergamus, sive sanies sit, sive sanguis, sive strigmentum, sive pus concretum sit, sive ipsa medicamenta, sive quae inuncta fuerint, aut, ut morsum et pruritum corpus vexantes sedemus. In facie vero, cum recreare et robur indere volumus. Ejusdem rei causa aspersione utimur. Aspergendum vero caput est in vigiliis et deliriis. stomachus autem atque hypochondria oleo calido perfunduntur. simili quoque modo costae, spina, vesica, oleo calido asperguntur, itemque tetanici et ischiadici denique. at crura eorum, qui febribus diuturnis et siccis detinentur, si plane * constiterint, aut post sudores exsiccata sint, hydrelaeo persperguntur; et alio traducendi causa crura multa aqua aut hydrelaeo irrigamus. quod facimus, ut errantem materiam in partibus ignobilioribus contineamus: quo tempore calidiore utimur ad morsum

70) Forte, δυνάμεθα.

71) ἀποσπογγίζειν habet Theocrit. Schol. ad Id. 7, 16. ἀποσπογγίζειν τὰς χεῖρας. Antiphon. edit. Reiskii p. 726.

72) In Codice: ἀποψύξαι (sed hoc deletum) ἀπορύψαι, sed et hoc ex parte deletum, atque iterum suppletum. Legitur autem uno ῥ. Vide mox notam 86.

73) v. Galen. in Gloss. p 58. 73. 97. Dioscor. 4, 83. p. 277. 1, 133. p. 69. 1, 180. p. 85. Post ἐπίπαγον in Codice est exiguum spatium vacuum. Sed in margine notatur: *hic nihil deest, et ita habet Aët. lib.* 3. Mox est ἐπιπεπηγός. ἐπίπαγος ergo est, *quicquid in superficie considit aut adhaerescit.*

74) τέτανος est genus morbi σπασμώδους. v. Galen. de musc. motu lib. I. cap. 8. Arctaeum περὶ ὀξ. παθ. lib. I. cap. 6.

75) Forte: ἤτοι μὴ ἐφιδροῖντο.

76) Forte: ἀπεξηραμμένων.

77) Codex: καταιωνίσομεν. Vide notam 68. h. l. Paullo inferius Codex rursus exhibet καταιωνίσεως.

καὶ μέτρον ποιούμεθα τῆς καταντλήσεως τὸ ἐρύθημα καὶ τὸ οἴδημα. καταντλοῦμεν δὲ καὶ, εἴτε φλεγμονὰς λύσαι βουλόμενοι, ἢ ἀποστήματα θᾶττον μεταβάλλειν εἰς πύον. προσκλύσματι δὲ χρώμεθα ἐπὶ προσώπῳ, ἐν μὲν καυσοῖς 78) πυρετοῖς, θέρους μὲν, ὕδατι γαλακτώδει· χειμῶνος δὲ, θερμοτέρῳ, καὶ μάλιστα, εἰ καὶ κεφαλὴ τύχῃ ἀπαθὴς εἶναι. φυλακτέον δὲ τὸν ἐχθρονισμὸν 79) καταφορᾶς τε καὶ ψύξεως, κινδυνώδους κατ' ἀρχήν. ἀντιφυσᾷν δὲ δεῖ τὸν προσαντλούμενον τῷ στόματι, ὑπὲρ τοῦ μὴ πλησθῆναι ὑπὸ τῆς προσαντλήσεως, ἀλλὰ ἀντερείδειν πρὸς τὰς πληγάς, διὰ τῆς ἀντιβάσεως τοῦ πνεύματος. ὑποκείσθω δὲ 80) σπόγγοις ἀνθεραίων ἢ ξηρὸς πρὸς τὸ μὴ καταῤῥεῖν ἐκ τῆς καταιονήσεως εἰς τὸ στέρνον. ἐνίοτε δὲ καὶ ὀξύκρατον θερμὸν δοκιμάζομεν εἶναι τὸ 81) πρόσκλυσμα, μάλιστα ἐν πυρετοῖς ἁπλουστέροις, καὶ οὐδὲν 82) κακότροπον ἔχουσιν· ἐπὶ δὲ ὀφθαλμῶν ῥευματιζομένων χρώμεθα στροβίλου 83)

usque. et finem irrigationis ruborem et tumorem constituimus. Iam vero irrigamus, ubi inflammationes resoluere in animo habemus: aut, ubi abscessus citius ad pus perducere consilium est. aspersione vero utimur ad faciem: atque in febribus ardentibus, aestivo tempore, aqua lactea: hyberno vero, calidiore, praesertim, si caput nullo malo urgeatur. Cavenda tamen in diuturnis affectionibus aspersio est. stupefactionis enim et frigiditatis periculosae initium faceret. Debet autem is, cui adhibetur aspersio, ore contra flare, ne a perfusione impleatur: sed illi occurrere, spiritum obiiciendo. spongia quoque sicca mento adhibenda est, ne aqua ex perfusione in pectus confluat. Quandoque vero etiam posca aspergimus, et praesertim in febribus simplicioribus, et quae nihil maligni habent. ad oculos vero destillantes decocto nucum pinearum confractarum utimur. hyberno tem-

78) Immo καύσοις, h. e. καυσώδεσι.

79) Linea subnotatum, et in marg. scriptum: ἐγχρονισμὸν, ex Aëtio, ni fallor, lib. 3. cap. 171. Pars marginis enim in Codice abscissa. ἐγχρονισμός, ab ἐγχρονίζειν.

80) Tria haec vocabula σπ. ἀθ. et ἢ subnotata sunt linea. In marg. notatur: σπόγγος ἀνθερεῶνι, ex Aëtio. Aëtio jam dudum aegre careo. Ante annum et dimidium cum cum aliis libris emi Lipsiae. Nondum tamen ad me transmissi sunt. Hanc fatalem litterarum calamitatem, quam jam olim hic expertus sum, nemo lector aequus et humanus mihi vitio vertet. Sed redeo ad rem. Legendum ergo videtur: σπόγγος ἀνθερεῶνι ξηρός. Mox scriba rursus exhibuit: καταιωνίσεως. Piget et poenitet hujuscemodi commemorare. Ἀιωνίζειν, διαιωνίζειν prorsus aliena sunt ab hoc loco. Scilicet res ita se habet Expugnata Constantinopoli, Graeculi quidam sartores, sutores, fabri, pedissequi, fullones, calculatores, portitores, se recipiebant in Italiam, atque ibi, mercede exigua conducti, transcribebant Codices Graecos. Hujuscemodi homines, non quidem Graeci, se Teutones et Francogalli, nunc profitentur se sapientiae doctores, modo paullulum istas linguas blaterare possint, habeantque satis arrogantiae et impudentiae. Quid vero tandem inde erumpat? Certissima atque inevitabilis barbaries.

81) Codex: πρόσκλυμα. Stulte! In Geopon. p. 1010. est: προσκλύζειν ὕδατι. Satis nota sunt προσκλύζειν et πρόσκλυσμα.

82) Superius memorati sunt πυρετοὶ εὔτροποι. Hic est contrarium. Germanice: *gutartig*, *boesartig*. Proprie tamen illa de morum probitate et improbitate dicuntur.

83) Vide Galen. in Glossis p. 80 et Schol. Theocrit. ad Id. 5, 45. et ibidem versum 49 in textu. Dioscor. 1, 88. p. 48. et 86. p. 48. 1, 87. p. 48.

αὐτοῦ τοῦ κώνου τεθλασμένου ἀφεψήματι. ἐπὶ δὲ τῶν χειμερινῶν περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰσχυρᾶς καὶ 84) χειμώσεως, τήλεως ἀφεψήματι τῆς λευκῆς. χρὴ δὲ ἀφεψήσαντα δὶς ἢ τρὶς τὴν τῆλιν, καὶ τὰ πρῶτα ἀφεψήματα ἀποχέοντας, 85) οὕτω τῷ τελευταίῳ προσαιτλεῖν. ὁ δὲ ἀποσπογγισμὸς ὕλης μὲν τῆς αὐτῆς τῷ προσκλύσματι παραλαμβάνεται. καὶ γὰρ δύναμιν ὁμοίαν ἔχει. ὑπὲρ δὲ τοῦ νίψαι καὶ ἀποῤῥύψαι 86) σπόγγον ἀποτεθλιμμένον ἐξ ὕδατος θερμοῦ, ἐπιτηδέυεται ἐνίοτέ τινος καὶ τὸ 87) ῥυπτικὸν φάρμακον, ἤτοι τοῦ ὕδατος ἐνδιημένου, ἢ πρὸ τοῦ ἀποσπογγισμοῦ χρειομένου τὸ νίτρον (ἢ) ἀφρόνιτρον τινὶ τοιούτῳ καταχρίωμεν. πυρεσσόντων δὲ ἐπὶ 88) τῶν ὀφειλόντων ἀποσπογγίζεσθαι ὕδατι ψυχρῷ, κατὰ τὰς ἐπιδόσεις παραιτούμεθα· ἐν δὲ ταῖς ἀκμαῖς, ἢ καὶ παρακμαῖς, τεθαῤῥηκότως παραλαμβάνομεν. δεῖ δὲ καὶ τοὺς παρὰ τὰ ὦτα μῦς προχρίειν ἐλαίῳ, καθιέναι δὲ καὶ εἰς τοὺς ἀκουστικοὺς πόρους, καὶ εἰς τοὺς μυκτῆρας ἔλαιον, ὑπὲρ τοῦ μὴ ψύχεσθαι. Ἀρχιγένης δὲ ἀξιοῖ, 89) καὶ τὸ στέρνον. ἐν ἀκαίροις δ' εἰς

pore ad vehementes chemoses, foeni Graeci albi decoctum adhibemus. in quo bis, terve decoctum esse foenum Graecum debet, ita, ut prima decoctio abiiciatur, et ultima nobis usui fit, ut perfundamas. spongia autem applicatur, quae eadem materia fit imbuta, ex qua constat etiam aspersio: siquidem similem quoque vim habet. sed abluendi et abstergendi causa spongia ex aqua calida satis est. quandoque etiam medicamentum quoddam, quod abstergendi vim habeat, aut aqua resolutum, aut, antequam spongia admoveatur, inunctum, ut nitrum, aut aphronitrum, aut aliquod his simile convenit. In febricitantibus, in quibus spongia utendum est, ex aqua frigida id facimus. in incremento tamen id vitamus. at in statu, vel declinationibus audacter hoc remedium adhibemus. Musculi itidem, qui ad aures sunt, oleo illinendi sunt. in meatus vero auditus et nares oleum indendum est, ne refrigerentur. Archigenis autem sententia est, in ardentis febris excessu, spongia, non faciem

84) Dicitur χήμωσις et χύμωσις. Vide Galen. in defin. med. Paulum Aegin. lib. 3. cap. 22. Rufus Ephes. edit. Paris. p. 19 ἐν τῷ παθήματι, τῇ χημώσει. Sed alia hic etiam vitiosa sunt Nam χειμερινῶν cum ἰσχυρᾶς καὶ χειμώσ. copulari nequeunt. καὶ praeterea videtur arguere, excidisse nomen substantivum.

85) Alterutrum corrigendum, aut ἀφεψήσαντα, aut ἀποχέοντας.

86) Supra uno ῥ exhibuit Sed ista signa διαιρέσεως in duplici ῥῥ nec hic apparent. Non nisi in recentissimis Codicibus haec inveni. Sed nec alius invenerit, ut arbitror. Ceterum vicina leviter corrupta sunt. Rasarii interpretatio arbitraria est. Solum ἐπιδέεται, seu, ἐπιδεῖται mihi in mentem veniebat, loco ἐπιτηδέυεται. Saltem mox est τινός. Sed ita cetera etiam corrigenda. Vicina sine spe emendationis mendosa sunt.

87) Habet hoc Plato p. 490. Gregor. Naz. p. 240. Mox rursus διημένου, loco διειμένου. Sic et mox χρειομένου, ει, loco ι. Continuo ἀφώνιτρον, et alia. Deest etiam ἤ.

88) ἐπὶ videtur redundare. Nisi malis, ἔτι.

89) Post ἀξιοῖ, hic in margine, cujus tamen pars a recentiore bibliopega abscissa est, haec leguntur: *Aët.* (sic enim hariolor.) lib. 3. cap. 170. *habet haec, quae . . . . . . sunt:* ἐν ὑπερβολῇ καύσου κατὰ τὰς ἀκμὰς, οὐ μόνον τὸ πρόσωπον ἀποσπογγίζειν, ἀλλά. Interpretationi suae haec inseruit Rasarius.

ὕπνον καταγωγαῖς τὸ πρόσωπον ἀποσπογγίζομεν, νίτρον εἰς τὸ ὕδωρ τήκοντες. ὅλον δὲ ἀποσπογγίζομεν τὸ σῶμα ἐν καταξήροις καὶ καυσώδεσι πυρετοῖς δι' ὑδρελαίου, 90) παραμείναντες τὴν στάσιν τῶν παροξυσμῶν.

tantum, fed pectus etiam in vigore fovendum effe. at in intempeftivis in fomnum propenfionibus, faciem nitro in aqua eliquato perspergendam. totum vero corpus in valde ficcis et ardentibus febribus ex hydrelaeo, expectantes acceffionum conftitutionem, fpongia perfundimus.

ΚΕΦ. κδ.

Περὶ καταπλασμάτων. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ὅσαι τῶν φλεγμονῶν μήτε πρὸς ἐμβροχὰς ἔχουσιν ἐπιτηδείως, μήτε ἐμπλάστροις ἤδη καὶ 91) καταπλάσμασιν ἐπακούειν 92) δύνανται, τρυφερώτεραι ταῖς τούτων ἐπιβολαῖς τυγχάνουσαι, ταύταις μάλιστα ἐπιτήδεια τὰ καταπλάσματα. τῶν καταπλασμάτων, τὰ μὲν θερμαίνει καὶ διαφορεῖ, τὰ δὲ ψύχει καὶ στύφει καὶ ἀποκρούεται. σκευάζεται δὲ αὐτῶν, τὰ μὲν, ἄνευ ὕδατος, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν, ἄνευ ἑψήσεως· τὰ δὲ ἑφθὰ γίνεται. καλεῖται δὲ τὰ ἄνεφθα 93) μακτά. καὶ τῶν μὲν μακτῶν ὅρος ἐστὶ τῆς σκευασίας, ἱκανῶς λελειῶσθαι καὶ ἡνῶσθαι, καὶ ἀμόλυντα εἶναι, καὶ μὴ περιῤῥεῖν. τῶν δὲ ἑφθῶν οὐκ ἔστι μέτρον, τὸ μὴ μολύναι. δυνατὸν 94) γὰρ ἂν, τοῦτο γενέσθαι, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐμβαλλομένων ξηρῶν ἐν τῷ ὑγρῷ ἄλλο τὸ τὰς δυνάμεις χυθείσων τῶν ξηρῶν ἀναμιχθῆναι καὶ ἑνωθῆναι. χρώμεθα δὲ ποικίλοις καταπλάσμασι, τῆς τε

De cataplafmatis. Ex eodem libro. Cap. 24.

Inflammationibus, quae neque madefactiones, neque emplaftra recipere apte queunt, cum delicatiores fint, quam ut horum applicationes ferant, potiffimum cataplafmata conveniunt. Ex cataplasmatis autem alia calfaciunt et digerunt: alia refrigerant, adftringunt et reprimunt, aliaque, sine aqua, alia sine decoctione, et alia cocta parantur. quae autem non decoquuntur, pinfa nominantur. quorum apparatus terminus eft, ut valde laevigata et in unum conducta fint, et non inquinent, et non defluant. Coctis vero non eft ftatutus terminus, ut non inquinent. id quod etiam fieri poffet, ob copiam rerum ficcarum, quae humidis imponuntur: quae mifcendo et uniendo vires fuas in ea fundunt. Praeterea variis cataplasmatis utimur, tum propter locorum varietatem ea poftulantem, tum propter

90) Ita in margine. In textu: *περαμίνοντες.*

91) *καταπλάσμασιν* fubnotatum est punctis, ut tollendum. Sed ita quoque καὶ amonendum, nisi aliud hic exciderit vocabulum.

92) Forte, *ὑπακούειν*, quod dativo etiam jungi folet. Haud ineleganter, ut equidem credo, *morbus* dicitur *ὑπακούειν medicamentis.* Mihi tamen in mentem veniebat *ὑπείκειν.*

93) *μακτός*, quod mox recurrit, a *μάττω.*

94) Haec rursus turbata funt. Forte paullo ante, *τῷ μὴ μολύναι.*

τῶν τόπων διαφορᾶς ἐπιζητούσης, τῶν τε παθῶν οὐ πάντων, οὐδὲ ἐν παντὶ καιρῷ τοῖς αὐτοῖς χαιρόντων καταπλάσμασιν. εὐθὺς 95) μὲν οὖν χρώμεθα πρὸς τὰς κοινὰς τῶν ὑποχονδρίων φλεγμονάς. ἔστι δὲ τῶν ἑφθῶν προχειρότατον τὸ κοινόν. ὁμήλυσιν 96) δὲ αὐτὸ καλοῦμεν. εἰς ὕδωρ ἐμπάσσοντες λινόσπερμόν τε καὶ 97) γύριν, καὶ ἐπιχέοντες μετὰ τὴν ἕψησιν ἔλαιον. καὶ ἐὰν μὲν ὑγράναι θέλωμεν τὰ ὑποχόνδρια, κατάξηρα ὄντα, χρώμεθα γύρει· ἐάν τε μαλάξαι, ἀντὶ ταύτης ἄρτον ἐμπλέκομεν τῷ λινοσπέρμῳ· ἐὰν δὲ θερμάναι σφοδρότερον, 98) κρίθινον τῷ λινοσπέρμῳ συμπλέκομεν· ἐὰν δὲ θερμάναι καὶ ξηράναι, τῆλιν· ἐὰν θερμάναι καὶ προσδιαφορῆσαι, πίτυρα. ἐμπνευματώσεως δὲ ἐνοχλούσης τὰ ὑποχόνδρια, λινόσπερμον μετὰ κυμίνου παραπλησίως 99) ἑφθῷ. στομάχου δὲ ἐκλυομένου, ἄλφιτα 100) ἀναλαμβανέσθω ἔμπλασμα. ἀνορεκτοῦντος δὲ καὶ ἀτονοῦντος, ἀψινθίου κόμη προαφεψείσθω, καὶ εἰς τὸ ἀφέψημα ἐμπασσέσθω ἄλφιτα, ἐπὶ τῶν σφόδρα τρυφερῶν, καὶ οὐδὲ αὐτὰ τὰ ξηρὰ ἐμβάλλομεν, οἷον λινόσπερμον ἢ γύριν, ἢ τῆλιν,

affectiones, quae neque omnes, neque omni tempore eadem cataplasmata requirunt. Ergo decoctis utimur ad communes hypochondriorum inflammationes. ex decoctis maxime in promtu est commune, quod luteum appellamus. In aquam lini semen et pollinem inspergimus, et post decoctionem oleum infundimus. sique humectare hypochondria, quae sicca sint, velimus, pollinem adhibebimus: si mollire, pro polline panem lini semini commiscebimus. si calefecere vehementius velimus, * hordeaceum panem semini lini addemus: si calefacere et siccare, foenum Graecum: si calefacere et evocare, furfures. si vero flatus hypochondria infestent, lini semen cum cumino, eodem modo decocto, superdamus: si dissolutus stomachus sit, emplastrum polentam capiat. si non appetat et imbecilius sit, absinthii coma prius decoquatur, tum ei decocto polenta commiscetur in iis, qui sunt mirum in modum delicati: eam tamen non siccam, ut lini semen, aut pollinem, aut foenum Graecum indimus, sed eam

95) Hic aliquis margini adscripsit εὐθοῖς Male! Non enim intellexit, τὸ εὐθὺς, idem esse, quod οἷον, αὐτίκα, id est, *exempli caussa*.

96) Sic, uno vocabulo ὁμήλυσιν. Forte: κοινὸν, μήλινον δὲ αὐτό.

97) Scribitur etiam vitiose γύρυς. Dioscor. 3. 48. p. 192. 2, 107. p. 124. ἡ ἐξ αὐτῶν τῶν πυρῶν γύρις. Occurrit etiam in geoponicis.

98) ἄρτον addidit Rasarius. Ergo stellulam adjecit.

99) Rasarius videtur voluisse: ἑφθοῦ ἐπιδῶμεν. Forte: παραπλησίως ἕψωμεν.

100) ἀναλαέσω. Ita Codex. Sed ex correctione manus recentioris: ἀναλαβέσω. In textu mentem Rasarii interim expressi. Veruntamen adhuc dubito de hoc loco. Forte legendum: ἄλφιτα ἄναλα ἔστω ἔμπλασμα. "Αναλος, *sine sale*. Galen in Gloss. p. 63. ἀνάλμυροι· ἄναλοι. Occurrit etiam in Geoponicis, ac per se satis notum est. Vulgo solus Marcus laudatur in lexicis. Conjecturam hic propositam satis confirmant, quae hic paullo inferius leguntur: τὸ δὲ ἀλφίτων ἄναλον ἑφθόν.

ἀλλὰ ἀφεψήσαντες αὐτὰ εἰς λιπαρὸν μελίκρατον, τὰ ἀφεψήματα διηθήσαντες 1) ἐκχέομεν· κἄπειτα μέχρι συςάσεως ἑψῶμεν 2) οὕτως. ἵνα 3) δὲ ἐν πυρετῷ τὸ διοικούμενον γῦριν ἐν ὀξυμέλιτι παραπλησίως. σομφὸν 4) δὲ οἴδημα ἔχοντας, κυαμίνῳ ἀλεύρῳ σὺν 5) αἰθιοπικῷ κυμίνῳ· ἐσκιῤῥωμένον δὲ, τὸ διὰ σύκων. σκευάζεται δὲ οὕτω. κόπτεται τὰ σῦκα χωρὶς τῶν 6) κεχραμίδων· εἶτα ἐν οἴνῳ γλυκεῖ λεανθέντα ἑψεῖται, νίτρου λείου συμπλακέντος ὀλίγου. εἰ δὲ σφόδρα σπλὴν ἐσκιῤῥῶσθαι τύχοι, σὺν ὀξυμέλιτι τὰ σῦκα ἑψεῖται· ἥπατι δὲ φλεγμαίνοντι τῆλις κατάλληλος, ἐν μελικράτῳ ἑφθὴ, καὶ ἄρτος σὺν λινοσπέρμῳ· βέλτιον δὲ καὶ ἠρυγγίου 7) σπέρμα συμμιχθέν. πρὸς δὲ τὰς τῶν ἐντέρων φλεγμονὰς, τὸ διὰ λινοσπέρμου καὶ γύρεως. πρὸς δὲ ῥευματισμοὺς ἐντέρων, τὸ διὰ κέγχρου. πρὸς δὲ κύςιν, λινόσπερμα μετὰ λιβανωτίδος. πρὸς δὲ αἰδοῖα, τὰ μὲν λιπαρὰ ἀνεπιτήδεια· τὰ δὲ ςύφοντα κατάλληλα· οἷόν ἐςι, τὸ διὰ 8) σιδίων. δεῖ δὲ τὰ σίδια ξηρὰ κοπέντα ἐμπάσσεσθαι οἴνῳ, καὶ συμπλέκεσθαι αὐτοῖς κικίδα λεῖαν. ἀγαθὸν δὲ καὶ, τὸ διὰ φακοῦ κατάπλασμα, ἑψωμένου τοῦ φακοῦ σὺν ὕδατι, ἔπειτα λεαινομένου καὶ μέλιτι συναναλαμβανομένου. ἁρμόσει δὲ ἐπὶ τῶν αἰδοίων καὶ τὸ δι' ἀλφίτων ἄναλον ἑφθὸν ἐν οἴνῳ κατάπλασμα. πρὸς

pingui melicrato decoquimus, decoctum colo traiicimus, idque, quod traiectum fit, infundimus, tum coquimus usque dum consistat. si vero febris adjuncta fit, pollinem in oxymelite coctum eodem modo imponimus. si laxum oedema fit, farinae fabarum cuminum Aethiopicum miscemus: si scirrhosum fit, id, quod ex ficubus constat, imponimus: quod ita conficitur. Ficus absque seminibus contunduntur, et ita laevigata vino dulci incoquuntur: quibus parum nitri, in levorem redacti, additur. si valde obduruit, ficus oxymelite decoquuntur. Iecori inflammato foenum Graecum melicrato decoctum, et panis cum lini semine prodest. praestantius quoque est, si eryngii semen accedat. ad intestinorum inflammationes facit, quod ex lini semine et polline constat. ad eorundem vero defluxiones, id, quod ex milio conficitur. ad vesicam vero, lini semen cum rosmarino. pudendis incommoda sunt pinguia: prosunt autem adstringentia: quale est, quod ex malicorio paratur. malicorium vero aridum tusum vino inspergi debet: eique admisceri galla contrita. valet ad idem, quod ex lentibus fit, ita, ut lentes prius aqua decoquantur, deinde laevigentur, tum mel eis addatur. Pudendis quoque con-

1) Rssarius videtur maluisse, ἐγχέομεν. Hoc loco utrumque locum habet. Effunduntur enim et infunduntur iterum ac deinde iterum coquuntur. Codex audiendus est, cum alterum fit, vel ex conjectura, vel ex errore Littera κ. satis apparet in Codice.

2) οὕτως hic nullam vim habet. Resarius praetermisit. Forte, αὖθις, *iterum.*

3) Haec nec capio, nec nunc, quomodo emendem, reperio.

4) Galen. in Glossis explicat χαῦνον. p. 44.

5) Vide Dioscor. 3, 68. p. 201. Mox Codex vitiose: ἐσκηρωμένον, et paullo post, ἐσκηρῶσθαι. Imperite!

6) *Grana ficus sunt.*

7) Codex: ἰρυγγίου. Erotian. p. 27. habet etiam ἤρυγγη, ἠ. v. Dioscor. 3, 24. p. 181.

8) Dioscor. 1, 153. p. 77.

δὲ τὰ ὑδροπικὰ οἰδήματα, ἀσαφὶς ἐγγιγαρτισμένη, 9) λεῖαν, μετὰ σύκων λιπαρῶν ἐν μελικράτῳ ἑψηθεῖσα. προσπλέκεται δὲ τῷ καταπλάσματι τούτῳ καὶ αἰγεία 10) κόπρος, πρὸς ξηρασίαν, καὶ μᾶλλον ὀνίνησι. τετήρηται καὶ γύψος παλαιὰ, μάλιστα ἐκ τῶν πεπαλαιωμένων τῷ χρόνῳ καταπλασμάτων λίαν σὺν τοῖς σύκοις καὶ νίτρῳ ἐρυθρῷ ἐν οἰνομέλιτι ἑψηθεῖσα. ἰσχίου δὲ καὶ διδύμου 11) φλεγμαινόντων, ἐπὶ μὲν χειρουργίας, 12) καὶ ἄλλοις προδήλοις αἰτίοις, τὰ κοινὰ καταπλάσματα· ἐπὶ δὲ τοῖς αὐτομάτοις μετὰ οἰδήματος φλεγμοναῖς, κυαμίνων ἀλεύρων μετὰ σταφίδος λιπαρᾶς ἑφθὰ ἐν μελικράτῳ. ἐνίοτε δὲ ἐρευγμὸν 13) ἑψήσαντες, λεαίνομεν μετὰ τοῦτο σὺν μέλιτι καὶ κυμίνῳ, καταπλάσσομεν. τὰς δὲ μερικὰς φλεγμονὰς, ἄρτον ἑφθὸν ἐν μελικράτῳ 14) παρηγοροῦμεν. εἰ δὲ πυρετώδεις εἶεν αἱ φλεγμοναὶ, ψύχοντα ἀφεψήματα λαβόντες, εἰς ἐκεῖνον τὸν ἄρτον ἐμπάσσομεν, οἷον ἀρνογλώσσου, πολυγόνου. εἰ δὲ ῥεῦμά τι εἴη, καὶ τῶν στυφόντων, ῥοῦ, βά-

veniet id, quod polentam recipit, salisque expers est, et vino incoctum. Ad tumores vero laxos aquae intercutem facit vua passa cum acinis trita, una cum ficubus pinguibus in melicrato decocta. huic autem stercus caprinum ad exsiccandum additur, et magis juvat. obseruatum quoque est, gypsum vetustum, et praesertim, quod longo tempore in cataplasmate tritum inveterarit, cum ficubus et nitro rubro in vino mulso decoctum facere. si coxendix et testes inflammatione tententur, si ea ex chirurgica aliqua administratione, aut manifesta causa, exorta fuerit, communia cataplasmata imponentur: cum vero per se nata fuerit, oedemataque adjuncta habeat, farina fabarum cum uva passa pingui in melicrato decocta proderit. quandoque etiam lomenta fabarum decoquentes, postea laevigamus, et cum melle et cumino, cataplasmatis instar obducimus. Inflammationes vero, quae in partibus sunt, pane, melicrato incocto, mitigamus. sed si febrim inuehant, decocta refrigerantia ei pani admisceemus, ut decoctum plantaginis, herbae sanguinalis: si defluxio accedat, adstringentia addimus, ut decoctum

9) Forte: λεῖαι μετά. Καταγιγαρτίζειν, sed sensu obscoeniori habet Aristoph Acharn. v. 274. ubi vide Schol. Credo autem h. l. legendum esse: ἐκγιγαρτιζομένη, seu, ἐκγεγιγαρτισμένη. ἐκγιγαρτίζειν est in Geopon. p. 546.

10) Codex: αἰγεία κόπρῳ πρός ξηραλίαν. Sic, sed πρός et ξηρ. infra semicirculo junctum, tanquam unum vocabulnm. Ego interim dedi, πρός ξηρασίαν.

11) Forte: διδύμων.

12) Sic, duplici constructione Forte: χειρουργίαις, seu, χειρουργίᾳ· Vulgo *operationem chirurgicam* appellant

13) Immo, ἐρεγμόν. Erotian. p. 50. ἐρεγμὸς κυρίως λέγεται ὁ δίχα διῃρημένος κύαμος. Neque tamen de solis fabis dicitur. Sic Paul. Aegin. lib. 3. cap. 25. p. 81. ἴρεως καὶ πτισάνης ἐρεγμοῦ. In Geopon. p. 1016. est: ἐρεγμὸν ἀλεσθέντα.

14) Multoties sic occurrit παρηγορεῖν in his libellis. Conjici tamen possit, ἄρτῳ ἑφθῷ. Alibi tamen etiam accusativus ita ἀπολύτως adhibitus est.

του, ςρύχνου, σιδίων, κικίδος ῥόος. 15) ἐπὶ δὲ τῶν ἀντιτύπων καὶ σκληρῶν φλεγμονῶν εἰς ἀφέψημα μαλάχης, ἢ τήλεως, ἢ λινοσπέρμου τὸν ἄρτον ἐμβάλλομεν.

Περὶ ἀνύδρου καταπλάσματος.

Τὰ δὲ ἄνυδρα καταπλάσματα σκευάζεται μὲν ἐκ μέλιτος 16) καὶ τερεβινθίνης, ἢ καὶ ἀμφοτέρων. δεῖ δὲ προεψήσαντας τὸ μέλι καὶ τὴν ῥητίνην, οὕτως ἐμπάσσειν τὰ ξηρὰ ἐπὶ τούτων 17) εἴπερ ἐπὶ τῶν ὑγρῶν καταπλασμάτων. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ὑγροῖς ἀνίεται· ἐπὶ δὲ τῶν ἀνύδρων οὐδὲν κατὰ τὴν ἕψησιν ἐυαφέστερα, οὐδὲ μαλακώτερα γίνεται. ἔτι κἀκεῖνο ἄξιον ἐγνωκέναι, διότι τὰ μὲν ὑγρὰ, ἑψήσεως χρείαν ἔχει μετὰ τὸ ἐμβληθῆναι 18) τὰ ξηρά. τὰ δὲ ἄνυδρα αὐτάρκως 19) προηψημένῳ τῷ μέλιτι καὶ τῇ ῥητίνῃ ἐπιπάσσειν προσήκει, καὶ μηκέτι μετὰ τὸ ἐμπάσαι καθεψεῖν. φρύγεται γὰρ καὶ ἀφανίζεται τῶν ξηρῶν ἡ δύναμις ἐν τῷ μέλιτι. τὸ δὲ λίνος 20) ἐπιχείσθω τοῖς ἀνύδροις, αἰρομένοις ἐκ τοῦ πυρός. ἁρμόζει δὲ τὰ ἄνυδρα τοῖς, ἐφ' ὧν ψύξειν εὐλαβούμεθα ἢ ἀνυγρᾶναί τινα φυλασσόμεθα, 21) προσμόνως 22) εἰ ἐπὶ πολὺν χρόνον θερ-

rhois, rubi, lentiſci, malicorii, gallae. In iis vero inflammationibus, quae reſiſtunt duraeque ſunt, panem in decoctum maluae, aut foeni Graeci, aut lini ſeminis iniicimus.

De cataplaſmate, quod citra aquam conficitur.

Cataplaſmata, quae ſine aqua parantur, ex melle et reſina terebinthina, aut ex utriſque componuntur: mel autem atque reſina prius coquenda ſunt, quibus ſicca inſperguntur, ut in humidis cataplasmatis fit. In humidis enim relaxantur: at in iis, quae aquae ſunt expertia, nequicquam tactu faciliora et molliora decoquendo fiunt. Hoc quoque ſcitu dignum eſt, in humidis opus eſſe concoctione, poſtquam ſicca fuerint iniecta: in his vero, ubi mel et reſina ſatis cocta fuerint, ſicca imponi, nec praeterea coquenda. ſiquidem vis ſiccorum in melle frigeretur et evaneſceret. Lini ſemen imponatur hiſce cataplaſmatis, cum ab igni fuerint amota. Conveniunt autem haec cataplaſmata iis, quos refrigerari veremur, aut in quibus cavemus, ne quid humefiat, et iis, quos diutius calefacere et exſiccare, et defluxionem cohibere vo-

15) ῥόος praetermisit Rasarius. Forte fruſtra repetitum ex ſuperiori.

16) ἢ, loco καὶ, legendum arbitror.

17) Forte: ἧπερ, aut, ὥσπερ. Antecedit οὕτως.

18) Ita in marg. In textu, ἐκβληθ.

19) Forte: προηψημένοις.

20) λίνος linea ſubnotatum. Ab utraque parte marginis autem duplex conjectura eſt. Altera λίνος, altera λινόσπερμα.

21) Codex: φυλασσόμενα.

22) Rasarius pro arbitrio haec mutavit. προσμόνως, ſi ſanum est, formatum est, ut ἔμμονος, ἐμμόνως. Sed ἐπὶ πολὺν (in Cod. πολύ.) χρόνον idem est.

μᾶναι βουλόμεθα, ἢ ἀναξηρᾶναι, καὶ ϛῆσαι ῥεῦμα προαιρούμεθα. μάλιϛα μὲν οὖν συνεχέϛατα χρώμεθα τοῖς ἀνύδροις ἐπὶ ὑποχονδρίων, 23) ἔν τε πυρετοῖς, καὶ ἄνευ πυρετῶν. ἔϛι μὲν γὰρ τὰ ὑγρὰ καταπλάσματα τῶν ἀνύδρων εὐτονώτερα ἐν τῇ πρὸς ὀλίγον καιρὸν ἐπιθέσει. τὸ γὰρ ὑγρὸν, τὸ ἐν αὐτοῖς, λεπτὸν ὂν καὶ διαλυτικὸν, ὁδηγεῖ ῥᾳδίως τὴν ἐπ' 24) αὐτῶν δύναμιν εἰς τὰ σώματα, καὶ οὐκ ἄν τις 25) νουνεχῶς εἰδέοι συνεχῶς ἀλλάσσειν τὰ καταπλάσματα. καὶ μέτρον ἦν τῆς ἐπιθέσεως ἡ εὐκρασία χρῷτο ἂν τοῖς ἀνύδροις. παραλειπτέον 26) οὖν τὰ ἄνυδρα, ἐπί τε τῶν δεομένων δι' ὅλης, ὡς ἐλέγομεν ἡμέρας καὶ νυκτὸς καταπλάσματος, καὶ ὑποχονδρίων, ἐπί τε τῶν ἱδρούντων μὲν ἀδιαλείπτως, ἐχόντων δὲ φλεγμονὰς, ἐπί τε τῶν οὐκ ἀνεχομένων βάρους χρήσιμα, καὶ τῶν καταψυχομένων ἀνεκθερμάντως. 27)

lumus. praecipue igitur hisce continenter ad hypochondria, sive cum febri, sive etiam sine febri, utimur. nam liquida cataplasmata sunt his, quae arida, aut aquae expertia nominantur, exiguo temporis spatio valentiora. humor enim, qui eis inest, tenuis est et dissoluit, atque ita facile deducit vim suam in corpora. ac nemo est, qui satis sanus sit, qui cataplasmata continenter mutari delectetur. modus autem est, ut temperata imponantur. Utendum ergo est hisce, quae expertia sunt aquae, cum volumus, uti diximus, totum diem totamque noctem cataplasma loco adhaerere: et in hypochondriis, et *iis*, qui continenter exsudant, inflammationibusque urgentur. itemque utilia sunt iis, qui pondus sustinere non possunt: atque etiam in iis, qui sic perfrigerantur, ut calefieri non queant.

ΚΕΦ. κε.

Ἐκ τῶν Λύκου. Περὶ τοῦ 28) διὰ ζύμης καταπλάσματος.

Διαχέαι τὰ συνεϛῶτα καὶ ἐκτῆξαι ἱκανώτατα τὸ ἐπίπλασμα τοῦτο ἐπιτήδειόν ἐϛι. καὶ γὰρ δοθιῆνας ὠφελεῖ καὶ ἐμπυήματα, σχολαιότερον πρὸς τὴν μεταβολὴν ἰόντα, καὶ σκόλοπας ἐξάγει, καὶ σκίῤῥοις ἐπαρκεῖ, καὶ θλάσ-

Ex Lyco. De cataplasmate ex fermento. Cap. 25.

Hoc cataplasma ad diffundendum, liquandumque compacta valentissimum est. nam et dothienas juvat, et suppurationes, quae tardius ad commutationem progrediuntur, promovet, et surculos educit, et duritias maturat, et

23) Forte: ὑποχονδριακῶν, σύν τε.

24) Forte: ἀπ'.

25) Proxima pessime turbata sunt. Rasarius videtur voluisse: νουνεχὴς ἥδοιτο.

26) Rasarius παραληπτέον videtur probasse.

27) Sic correxi. Codex: ἀνεκθέρμαντος. Probum hoc est vocabulum, etsi id fortasse frustra quaeras in lexicis.

28) Ita edidi ex indice capitum, qui est a principio Codicis. Hoc loco legitur: περὶ διὰ ζύμης καταπλασμάτων.

μασι τοῖς κατὰ 29) πέλματα. ποιήσεις 30) πολυειδεῖς εἰσὶν αὐτοῦ. ἢ γὰρ 31) αὐτῷ ἐλαίῳ συμμαλάττεται ἐξαρκοῦν τούτῳ πρός τε τοὺς δοθιῆνας τὰς χολαίας ἐκποιήσεις· ἢ καὶ νίτρον που λεπτὸν συμμίγνυται αὐτῷ, ὅπου δριμυτέρου ἐπιθέματος χρήζομεν, ἐπὶ τῶν σφόδρα τε 32) ῥεῶν σκληρῶν. ἢ ἔστιν ὅτε διαχέοντες 33) τὴν ζύμην, αὖθις συνιστῶμεν, ἑψῶντες αὐτὴν, ἔλαιον ὀλίγον ἢ ἴρινον 34) μύρον προσμίξαντες. ἔστι δὲ τοῦδε καὶ ἄλλος μεταχειρισμός. ὄξει διακεῖται 35) ἡ ζύμη, ὅσον χυλοῦ τὸ πάχος. τοῦτο τοῖς κατὰ τὸ ἧπαρ καὶ τὸν σπλῆνα σκληροῖς ἐπιτήδειόν ἐστιν, ἢ κόμη ἀψινθίου, ἢ ἴρις, ἢ ἀβρότονον, ἢ θύμον, ἢ γλήχωνα. ταῦτα πάντα μετὰ τῆς ζύμης, τοῖς κατὰ τὸν σπλῆνα σκηροῖς, 36) καὶ τοῖς κατὰ τὸ ἧπαρ ἐπαρκεῖ.

plantarum pedum contusiones sanat. Variis autem modis conficitur. nam vel fermentum oleo mollitur, itaque facit ad dothienas, ad * artuum alienationes. aut, si efficacius facere velis, nitrum tritum commiscetur: quo ad scirrhos admodum solidos utimur. Est quandoque, cum fermentum diffundimus, et rursus ipsum decoquendo componimus, eique, aut olei parum, aut irinum unguentum addimus. quin aliter etiam paratur. fermentum aceto subigitur, ut ad succi crassitudinem redigatur: id quod scirrhis, qui in iecore, et liene sunt, aptum est, aut ei coma absinthii, aut iris, aut abrotonum, aut thymum, aut pulegium admiscentur: siquidem haec omnia, fermento adjuncta, scirrhis iecoris et lienis conueniunt.

ΚΕΦ. κϛ.

Περὶ τοῦ 37) ἐξ ἄρτου.

Τὸ δὲ ἐξ ἄρτου κατάπλασμα 38) πανάρκεστατόν ἐστι. πάσαις γὰρ σχεδὸν ἁρμόζει φλεγ-

De cataplasmate, quod ex pane conficitur. Cap. 26.

Cataplasma, quod ex pane fit, ad omnia fere valet. nam omnibus prope-

29) τὰ interponendum videtur.

30) Malim interponere δέ. ποίησις autem h. l. est, κατασκευή, *praeparatio cataplasmatis*.

31) Hoc caput multis inquinatum est vitiis, quae correxi, veluti, δοθῆνας, σφελεῖ, ἐμποιήματα, σχολεώτερων, σκολωπας, sine accentu, σκηροῖς, θλάσματι, καταπέλματα. Quae hic adduntur, ita corrigere experior: ἢ γὰρ αὐτὸ (τὸ κατάπλασμα) ἐλαίῳ συμμαλάττεται· ἐξαρκοῦν τοῦτο (ita etiam in marg. correctum.) πρός τε τοὺς δοθιῆνας καὶ τὸς σχολαίας (vide paullo ante) ἐμπυήσεις.

32) Monstra haec. In marg. adscriptum, στερεῶν et σκηρῶν. Sic. Ea nihil adjuvant. Equidem conjicio: σφοδροτέρων σκιῤῥῶν.

33) Forte: διαχέαντες.

34) Vide Galen. in Gloss. p. 64. in ὀνθινόν.

35) Hoc prorsus absurdum. Aut ergo διαχεῖται, aut, διοικεῖται, quod in his ipsis libellis de parandis medicamentis occurrit. Mox malim, ὅσον.

36) Paullo ante est σκληροῖς. Credo, utroque loco legendum esse, σκιῤῥοῖς, etsi σκληρὸς etiam in his occurrat, uti mox cap. 27. in fine.

37) In his deinceps omnibus inteligitur, καταπλάσματος.

38) In lexicis fere nude legitur. Utitur eo Chrysost V. 164. C. XI. 92. B. Mox rursus ποιήσεις, ut paullo ante, id est, κατασκευαὶ, μεταχειρίσεις, σκευασίαι.

μοναῖς. ποιήσεις δὲ αὐτοῦ πολλαί. πάνυ γὰρ ψυχρῷ ὕδατι βραχεὶς καὶ συνεργασθεὶς ῥοδίνῳ ὁ ἄρτος ἐπιπλάττεται. οὗτος δὲ ἐπιτήδειός ἐστι ταῖς ἐρυσιπελατώδεσι φλεγμοναῖς. ἢ ἀντὶ τοῦ ὕδατος, δι᾽ ὀξυκράτου σκευάζεται. μᾶλλον γὰρ οὗτος ἐφαρμόττει ταῖς ἐρυσιπελατώδεσι 39) φλεγμοναῖς. ἢ θερμῷ ὕδατι βρέχεται καὶ συμμαλάττεται ἐλαίῳ, εἶτα ἐπιπλάττεται θερμὸς ὁ ἄρτος, ἁρμόττων ταῖς σκληροτέραις, καὶ οὐ ζεούσαις φλεγμοναῖς. ἢ ἀντὶ τοῦ ἐλαίου τὸ βούτυρον ἐμβαλεῖς, καὶ ποιήσεις χρησιμώτερον πρὸς τὰς αὐτὰς διαθέσεις. γίγνεται δὲ καὶ οὕτως. ὕδατι διαλύεται ὁ ἄρτος, ὡς χυλοῦ σύστασιν σχεῖν, καὶ τούτῳ μίγνυται ἔλαιον ἢ βούτυρον, εἶθ᾽ ἑψεῖται μέχρι συστάσεως. τοῦτο, ὧν ἐγὼ οἶδα, πάντων ἄμεινον πρὸς φλεγμονὰς, τὰς ἐπὶ τραύμασι, καὶ πρὸς τὸ τάχιον ἐκπυῆσαι 40) τὰ τούτου δεόμενα. ὅπη δὲ νεῦρον ἢ νευρῶδές τι διατέθλασται, ἐνταῦθα ἐγὼ, καὶ πίττης ὑγρᾶς βραχὺ μιγνὺς, οἶδα 41) μετρίως λυσιτελὲς ἀποφῆναι τὸ ἐπίπλασμα. τοῦτο δὲ καὶ ταῖς ποδαλγικαῖς φλεγμοναῖς ἐπιτήδειόν ἐστιν ἄλλη σκευασία. χεροῖν διατρίψαι τὰ ἔνδοθεν τοῦ ἄρτου χρὴ τοῦ χθιζοῦ. ἐπειδὰν δὲ ἀλευρώδης

modum inflammationibus conuenit. multis id quoque modis conficitur. in aqua frigidissima panis immergitur, et cum rosaceo subigitur, atque ita imponitur. conuenit autem sic concoctum cataplasma inflammationibus iis, quae erysipelatis naturam referunt. aut pro aqua, ad ejus confectionem posca utimur. ita enim accommodatius est inflammationibus erysipelatis naturam imitantibus. aut etiam aqua calida maceratur, et simul cum oleo emollitur: tum panis calidus admovetur: conuenitque eo modo durioribus et feruentibus inflammationibus. vel loco olei butyrum indes, et ad easdem affectiones accommodatius conficies. Fit etiam ad hunc modum. Panis aqua dissoluitur, ut cremoris consistentiam acquirat, eique oleum aut butyrum admiscetur, deinde coquitur, donec consistat. Hoc eorum omnium, quae quidem ego noverim, est maxime ad vulnerum inflammationes accommodatum, et ad suppurationem celerrime excitandam: ubi ea opus est. cumque neruus, aut neruea pars aliqua contusa fuerit, tum ego parum liquidae picis admiscens, cataplasma perutile confecisse me novi. quod est etiam inflammationibus idoneum, quae ex podagra excitantur. Alia quoque conficiendi ratio est. Hesterni panis medullam manibus conterere oportet. ubi vero ad farinae similitudinem fit reda-

39) Dioscor. 1, 25. p. 21. ἐρυσιπελατώδεις φλεγμονάς. Versu 2. est βρεχεὶς, adeo ex correctione.

40) Codex: ἐκποιῆσαι.

41) Forte: οὐ μετρίως.

42) γένηται, μέλιτι ἐμπλάσσειν χρὴ τὸ ἄλευρον, καὶ ἑψῶντα εἰς τὸ μέτριον συνιστᾶν πάχος. καὶ εἰ φαίνοιτο ἱκανῶς ἔχειν, ἔλαιον ἐπιχέοντα ἀναμιγνῦναι. τοῦτο ἐπιτήδειόν ἐστι ταῖς καθ' ὑποχόνδρια φλεγμοναῖς. ἄμεινον δὲ, εἰ τῷ μέλιτι ὀλίγον ὕδωρ μεμιγμένον εἴη. τὸ γὰρ ἄλευρον εὐμαρέστερον ἐν τῇ ἑψήσει ἢ 43) διαχεῖται. καὶ τὸ ἐκ πυρῶν δὲ πάλιν, καὶ τὸ ἐξ ἀλεύρων πυρίνων κατάπλασμα σχεδὸν τὰ αὐτὰ δύναται ποιεῖν, τὰς αὐτὰς ἐπιδεχόμενον σκευασίας.

ΚΕΦ. κζ.

Περὶ τοῦ ἐκ πιτύρου.

Τὰ πίτυρα δὲ ᾧδε χρὴ παρασκευάζειν. πολλάκις πιλεῖν αὐτὰ προσήκει, ὡς λεπτότατα γενέσθαι, ἢ ἐν ὅλμῳ κόπτοντα καὶ διασήσαντα, 44) τὸ αὐτὸ ποιεῖν χρῆσθαι δὲ αὐτοῖς ἐπὶ σκίρρων, πάντῃ τοῦ τε ἄλλου σώματος συνισταμένων καὶ ἐπὶ ἥπατος καὶ σπληνὸς πάντα. 45) σκευάζειν δὲ αὐτὸ δι' ὀξυμέλιτος, ἢ καὶ τοῦ ἀμμωνιακοῦ μιγνύντας, καὶ θερμὸν ἐπιπλάττοντας. λῷον δὲ ἂν εἴη, εἴ τις ἐξ ἑτέρου ἕτερον ἐπιθείη, ὡς μὴ ἐκλιπεῖν τὴν 46) θάλψιν ποτέ. καὶ ὁπότε δὴ οἱ ὄρχεις φλεγμαίνοιεν, ὠφελιμώτατον γίνεται τοῦτο. σκευαζέσθω χωρὶς ὄξους. ἁρμόζοι δ' ἂν τὸ κατάπλασμα τοῦτο καὶ δοθιῆσι, 47) καὶ τοῖς ἄλλοις φύμασι τοῖς σκλη-

χῷ καθύγρῳ καὶ ὑδρωπικοῖς 48) βήμασι, 49) τοῖς ἐκ νόσων καὶ συγκρίσει φλέγματος γεννητική. τὰ δὲ ϛυπτηριώδη, αἵματός τε ἀναγωγαῖς, καὶ ἐμετικῷ ϛομάχῳ, καὶ τοῖς ἀμέτρως ὑπὸ αἱμοῤῥοΐδων ἐνοχλουμένοις, καὶ γυναιξὶν ἀτάκτως καθαιρομέναις καὶ συνεχῶς ἐκτιτρωσκούσαις. τὰ θειώδη δὲ, νεύρων μαλακτικὰ, καὶ συγκρίσεως θερμαντικὰ, καὶ πόνων παρηγορικά· ϛόμαχον δὲ 50) θηλύνει καὶ ἀνατρέπει. τα δὲ ἀσφαλτώδη, κεφαλήν τε συμπληροῖ, καὶ τὰ αἰσθητήρια κακοῖ· θερμαίνει τε ἐμμόνως καὶ μαλάσσει σὺν χρόνῳ, μάλιϛα περὶ ὑϛέραν, καὶ κύϛιν, καὶ κῶλον. τὰ δὲ χαλκίζοντα, ϛόματι καὶ παρισθμίοις, καὶ ϛαφυλῇ, 51) καὶ ὄμμασι διαφερόντως ἐπιτήδεια· τὰ δὲ σιδήρου ποιότητος μετέχοντα, ϛομάχῳ καὶ σπληνὶ πεπονθόσι δύναται χρησιμεύειν· τὰ δὲ μικτῆς ὄντα ποιότητος, κατὰ τὴν ἐπικράτειαν τῶν μεμιγμένων ἐνεργεῖ. δεῖ δὲ καθεϛῶσι τοῖς αὐτοφυέσιν ὕδασι καὶ ἀτρεμοῦσι χρῆσθαι. ὁ γὰρ ἀτμὸς ἀνιϛαμένος ἀπ' αὐτῶν, ἐπειδὰν κινεῖται, βαρὺς ὢν καὶ πληκτικὸς, τὴν καφαλὴν ἐνοχλεῖ. διὰ τοῦτο καὶ τὰς ἐμβάσεις, τὰς εἰς τὸ ὕδωρ, χρὴ ποιεῖσθαι, κατιόντας ἀθορύβως, ὅπως ἡ δύναμις, ἀνειμένῳ τῷ σώματι προσιοῦσα, ἐγκα-

culo perhumido, et iis, qui aqua inter cutem laborant, et oedematis, quae ex morbis, vel ex pituitae concretione oriuntur. quae alumen referunt, ad fluxum ſanguinis, ad vomitus proclivitatem, ad immoderatas haemorrhoidum perturbationes, ad inordinatas mulierum purgationes et continuos abortus adhibentur. In quibus vero vis ineſt ſulfuris, neruos molliunt, concretiones calfaciunt, dolores leniunt, ſtomachum imbecillum reddunt, atque ſubvertunt. Quae bitumen ſapiunt, caput replent, ac ſenſuum inſtrumenta vitiant, et enixe calefaciunt, et temporis progreſſu molliunt: quod facere praeſertim in vulva, veſica, et colo inteſtino conſueverunt. Quae vero aeris naturam referunt, ori, tonſillis, vuae, et oculis mirum in modum apta ſunt. In quibus ferri qualitas reperitur, ſtomacho et lieni, male affectis, poſſunt ſubvenire. quae vero ex mixtis qualitatibus conſtant, eae faciunt pro ratione ejus qualitatis, quae in eis excellit. His autem aquis, ſponte naſcentibus, uti debemus, firmis et quietis. vapor enim ab ipſis commotis emergens, cum gravis ſit et feriens, capiti moleſtus eſt. quam ob rem in aquam ingrediendum eſt ſenſim, ut vis corpori laxato acce-

48) Semel hic monitum sit, modo ſcribi ὑδροπικός, modo ὑδρωπικός.

49) Sic intextu: in marg. οἰδήμασί τε. Mox alienum eſt γεννητική. Forte, γεννητοῖς.

50) Haec metaphora mihi quidem videtur mira, adeo, ut de hoc vocabulo ſubdubitem. In mentem veniebat, θλίβει. Vide tamen p. 123. Mox malim, μάλιϛα τὰ περί.

51) Vide Erotian. p. 21. ἡ ϛαφυλὴ καὶ ἡ κιονὶς καὶ ἡ ἱμὰς, πάθη εἰσὶ τοῦ γαργαρεῶνος. Aët. 8 43. Paul. Aegin. 6, 31. Galen. de tum. praet. nat. cap. 17.

52) Acuta haec eſt animadverſio diligentissimi medici, uti cetera etiam.

ταλύσοιτο· τῶν δὲ ἐσοβημένως 53) καὶ ταραχωδῶς ἐμβληθέντων εἰς αὐτὰ, πυκνούμενον τὸ σῶμα, οὐκ εἰσδέχεται τὴν παρὰ τοῦ ὕδατος ποιότητα. ὥστε καὶ 54) κόλυμβος, ὁ ἐν τοῖς τοιούτοις, καὶ βαπτισμὸς, ἀνεπιτήδεια. ὑπέχειν 55) δὲ κρουνοῖς αὐτοφυῶν ὑδάτων, ἐκείνοις χρὴ μόνοις, ὅσοις 56) ποιότητές εἰσιν ἁρμόδιοι τῇ κεφαλῇ. 57) ὡς ὅσοι τοῖς ἀπὸ ἀσφάλτου ἢ θείου ῥέουσι κρουνοῖς παρέχοντες ἑαυτοῖς εὐκόλως κακοῦντων.

dens imprimatur. eorum vero, qui cum tumultu et impetu fese in aquas iniiciunt, corpus denfatum, qualitatem aquae non recipit. ita fit, ut in hujufmodi, neque natare, neque immergi, commodum fit. Uti autem ductibus aquarum fponte fcaturientium eos folos oportet, quibus qualitates illarum capiti funt congruae: fiquidem, qui fe exhibent aquis, quae a ductibus bituminofis et fulfueris fluunt, quam faciliime laeduntur.

ΚΕΦ. δ.

Ἐκ τῶν Ἡροδότου, περὶ λουτροῦ. Ἐκ τοῦ περὶ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων βοηθημάτων.

Εἰ θερμοτέρου τοῦ ἐντὸς ἀέρος δεόμεθα, ἐλθετέον ἐπὶ τοιούτων 58) τρόπον βοηθείας. σαμνυ 59) ὕδατος ψυχροῦ προσραντέον τοῖς διαπύροις . . . . ἐξ αὐτῶν θερμασία οὐκ ἐπὶ πολὺν χρόνον μένουσα, ταχὺ δὲ σβεννυμένη. διὸ καὶ ἐγχειρητέον τοῦτο πρὸ βραχέος τῆς εἰσόδου.

Herodoti, de lavacro. Ex libro de praefidiis extrinfecus occurrentibus. Cap. 4.

Si calidiore interno aëre indigemus, ad hoc auxilii genus accedendum eft. Urna aquae frigidae inftillanda ignitae materiae eft. calor enim, qui inde emanat, non multo tempore perdurat: fed cito reftinguitur. quocirca id paulo ante introitum aggrediendum eft.

---

53) Ita inepte fcriptum in Codice. Corrigendum, σεσοβημένως, a σοβεῖν. Probum eft vocabulum, tametsi in nullo lexico, ut credo, reperiatur. Ita e. c. dicitur, σοβεῖν διὰ τῆς ἀγορᾶς, *magnis gradibus, cum faftu et ftrepitu, fe proripere per forum.* Nisi quis malit, ἐσσυμένως.

54) κόλυμβος eft *natatio:* βαπτισμὸς eft, ut ita dicam, *merfio* temporaria.

55) ὑπέχειν h. l. eft *fubmittere, demittere*, nimirum, corpus, ut ita aquae ambiant.

56) Forte αἱ addendum. αἱ ποιότητες, nimirum, τῶν ὑδάτων ἐκείνων.

57) Haec nullo modo fana funt, adeoque nec Graeca. Quid enim fit, παρέχοντες ἑαυτοῖς, κακοῦν εὐκόλως. Conjicio ergo interim, dum aliquid probabilius excogitetur: ὡς ὅσοι — ὑπέχοντες ἑαυτοὺς εὐκόλως, κακοῦνται. Εὐκόλως, per levitatem animi atque improviso.

58) In Codice eft vel fic, ut edidi, vel certe, τοιοῦτόν. Totus hic locus fine ulla fpe emendationis vitiosus eft. Forte, ἐπὶ τοιοῦτον.

59) Sic, fine accentu. Litterae ν. inscriptum ο. Rasarius conjecit σάμνος. Littera ο notare fane poteft ος. Quid autem fiet litterae υ; Mox idem conjicit, ἡ μὲν γὰρ ἐξ. Sed in Codice plus eft fpatii vacui. Mox deberet faltem esse, ἐγχειρητέον τούτῳ.

ΚΕΦ. ε.

Περὶ αὐτοφυῶν ὑδάτων. Ἐκ τῶν Ἡροδότου. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Τῶν ἐπὶ μέρους 60) τῶν αὐτοφυῶν ὑδάτων, τῆς δυνάμεως πολλὴν ἐχόντων διαφορὰν, ἀναλειπτέον 61) τοῖς ἐν τῇ πείρᾳ γενομένοις. ἀκριβῆ γὰρ περὶ τῶν κατ' εἶδος ποιήσασθαι παράδοσιν ἀδύνατον, διὰ τὸ μήτε πᾶσιν ἡμᾶς κεχρῆσθαι, μήτε ἐπὶ πάντων ἀναλογεῖν τὴν περὶ τούτων γνῶσιν ταῖς τῶν φαρμάκων ἐπαγγελίαις. τὰ δὲ ψυχρὰ τῶν αὐτοφυῶν, ῥεύμασι πᾶσιν ἐπιτήδεια, καὶ τοῖς περὶ κύστιν πάθεσι, καὶ κεφαλαλγικοῖς, καὶ ἕλκεσι κακοήθεσι. τὰ δὲ πινόμενα τῶν ὑδάτων, εἴτε θερμὰ, εἴτε ψυχρὰ τυγχάνοιεν ὄντα, καθολικὴν οὐκ ἐπιδεχόμενα διάταξιν, ἐν τοῖς κατὰ μέρος ῥηθήσεται. ἐπὶ πάντων δὲ ἔστω τὶς χρόνου συμμέτρησις. εἰ γὰρ μέλλοι τὶς ἐπὶ τρεῖς ἑβδομάδας χρῆσθαι τοῖς ὕδασιν, ἀρχέσθω μὲν ἀπὸ ἡμιωρίου, καὶ προστιθέτω κατ' ὀλίγον, ὡς περὶ τὴν ἑβδόμην ἀπαρτίζειν ὥρας δύο. τούτῳ δὲ τῷ διαστήματι μέχρι τῆς δευτέρας ἑβδομάδος ἐπιμείνας, ἀπὸ ταύτης ὑφαιρείται πάλιν τὸ ἀνάλογον, καὶ εἰς τὸ κατάρξαν μέτρον καταληγέτω, ὑφαιρῶν ἀντιστρόφως. οὔτε γὰρ ὠφέλιμον, εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐγχρονίζειν τοῖς ὕδασιν, οὔτε λυσιτελὲς μέχρι τέλους ἐπιμένειν τῇ αὐτῇ ποσότητι τοῦ χρόνου, διὰ τὸ συμφέρειν, καὶ ἄρχεσθαι καὶ ἀφίστασθαι, πρὸς λόγον τοῦ βοηθήματος, ὃν τρόπον καὶ τὰ γυμνάσια προβι-

Herodoti, de aquis sponte nascentibus. Ex eodem libro. Cap 5.

Facultas singularum aquarum sponte nascentium, quae magnam habent differentiam, assumenda est ex iis, quae experientia comprobantur. exquisitam enim omnium singillatim notitiam tradere non possumus, tum, quia nos omnibus usi non sumus, tum vero, quia ne in omnibus quidem est cognitio, quae facultatibus medicamentorum proportione respondeat. nam frigidae aquae, quae sponte nascuntur, accommodatae sunt omnibus fluxionibus, vesicae affectionibus, capitis doloribus, et ulceribus malignis. De iis vero, quae potantur, sive calidae, sive frigidae sint, cum universalem quandam constitutionem non recipiant, in particularibus dicetur. In omnibus autem sit quaedam temporis apta mensura. nam, si usurus sit quispiam his aquis per tres hebdomadas, ita exordietur, ut incipiat a dimidia hora, deinde paulatim progrediatur, ut per hebdomada spatium duarum horarum perficiatur. hoc interuallo ad secundam usque hebdomadem perseverando, ab ea tantundem auferendum, et in prima mensura desinendum, et ita vicissim subtrahendum. In aquis enim statim a principio diu immorari, non est utile, neque etiam est

60) τῶν videtur redundare.

61) Sic in textu: in margine, ἀπολειπτέον. Neutrum sensum commodum habet, utrumque etiam substantivum videtur requirere. Mihi interim in mentem veniebat, ἀποπειρατέον, nimirum, τῆς δυνάμεως, aut, ἀναληπτέον.

βάζομέν τε καὶ ἀποκαθίσαμεν. εἰ δὲ τὸ ςοχασθὲν μέτρον τῆς ὠφελείας 62) μὴ φέροιεν, ἐκ διαλειμμάτων τοῖς ὕδασι χρήσθωσαν· ἐν δὲ τοῖς παροξυσμοῖς ἀπεριέργως ἡ πᾶσα γινέσθω παρασκευή. προσαχθέντες γάρ, οἱ μὲν τὰ πλεῖςα μέρη περιοδυνεῖς, ἐν ὅλοις ἐμβαινέτωσαν· εἰ δέ τινα τὰ πονοῦντα, ἐμβρεχέτωσαν· παρηγορηθέντας δὲ αὐτοὺς προάξομεν· εἶτα πάλιν παροξυνθέντας ἐμβιβάσομεν, χρόνοι 63) τοῖς ὕδασιν ἐμφερῶς ταῖς ἔξωθεν προσαγομέναις πυρίαις 64) καταπλάσμασιν· ὅθεν καὶ τὸ τῆς χρήσεως πλῆθος 65) ἐκ τούτων ἐκ τῆς ἐπίξεως ληπτέον. ἔγνων γοῦν τινὰς καὶ δι' ὅλης ἡμέρας τῷ τοιούτῳ τῆς θεραπείας χρησαμένους τρόπῳ, καὶ σφόδρα εὐαρεςήσαντας. ἐπαύσαντό γε τῶν τοιούτων παροξυσμῶν ταχέως, πρότερον 66) αὐτοὺς μακρῶν καὶ δυσλύτων γενομένων, ὠφεληθέντες καὶ πρὸς τὴν διάθεσιν. εἰ δὲ τὰ πεπονθότα 67) ἠδύνατο, ἐσκεπασμένων τῶν λοιπῶν, ἀποβρέχεσθαι, οὐ 68) χεῖρον, ἐπὶ πλείονα χρόνον, καὶ πολλάκις τῆς ἡμέρας, τοῖς ὕδασι χρῆσθαι. τοῦτο μέντοι ποιείτωσαν πρὸ τροφῆς. ἀσύμφορον γάρ, πεπληρωμένους ὕλης νεαρᾶς, τὰ ἐπὶ τοσοῦτον 69) συναιμεῖν δυνάμενα παραλαμβάνειν. εἰ δὲ ταῖς δυνάμεσιν ἀπολέγοι-

frugiferum, ad finem usque permanere eodem temporis spatio, propterea, quod confert, et incipere, et desinere ab hoc praesidio convenienter rationi: quo etiam modo exercitationibus utimur et abstinemus. si vero mensura, quam prius fueramus coniectati, utilitatem non afferat, aquis per interualla erit utendum. In exacerbationibus autem, accurate omnis haec facienda est praeparatio. nam, qui plurimas partes dolent, hi accedentes toti introëant: si vero aliquas laborantes habeant, madefiant. labore sedato, eos deducemus. deinde, cum rursus accessio redierit, ut in aquam descedant, imperabimus, aquis utentes non secus, quam fomentis et cataplasmatis, extrisecus adhibitis. quocirca, quantum his aquis uti debeamus, ipsa necessitas commonebit. Novi ego quosdam, cum per totum diem hoc genere curationis uterentur, mirum in modum adiutos fuisse. nam exacerbatio, quae prius longa, et ad soluendum difficilis erat facta, cessavit: qua ex re affectioni quoque commodum accessit. si vero affectae partes possint, caeteris tectis, madefieri, non erit incommodum diuti-

62) Rasarius videtur voluisse, *τὴν ὠφέλειαν μὴ φέροι*. Mox forte *εἰ μὲν — περιώδυνα*. Ac deinde, *ἐμβρεχέσθωσαν*.

63) *χρόνοι* sensum non habet. Ergo Rasarius omisit, de suo autem adiccit, *imperabimus*, *ut*. Ego coniicio, *χρώμενοι τοῖς ὕδασιν*.

64) *καὶ* interponendum videtur.

65) Forte, *ἐν τούτοις*. Scriba *ἐκ* praeripuit ex proximo *ἐκ*. Ἔπιξις nihili est. Ergo *ἔπειξις*, ab *ἐπείγω*. Ἔπειξις est apud Herodian. p. 352. Zosim. p. 186 Ἐπείγειν est, *aliquem urgere, ut festinet, impellere*. Non inepte ergo reddidit Rasar. Nisi malis *ἐπίτηξις*. v. indicem.

66) Forte, *αὐτῶν*.

67) Hic in margine additur, *μέρη*. Mox fortasse, *ἐπιβρέχεσθαι*, aut, *ἐμβρέχεσθαι*.

68) Saepe ita apud medicos occurrit comparativus, loco *οὐ κακὸν*, seu, *ὠφέλιμον*.

69) Ex Rasarii *commovere* conjicere possis, eum fortasse cogitasse de *συγκινεῖν*. Mihi tamen aliud exquisitius et rarius vocabulum hic latere videtur. Ἀνιμᾶν ergo satis notum est, notatque, *sursum tollere*. Simplex est *ἱμᾶν*. Laudatur etiam *ἱμεῖν*. Forte ergo, *συνιμεῖν*.

εν, 70) ὀλίγον τὶ σιτίον προσφερέτωσαν. τῶν δὲ πλείστων ὑδάτων ἐν τόποις ἑλώδεσι καὶ περικαέσιν ὄντων, καὶ διὰ τοῦτο ἐπινόσων, 71) καιρὸς ἐπιτήδειος ὁ περὶ τὸ ἔαρ καὶ τὸ φθινόπωρον, καθ' ἃ τῷ χειμῶνι 72) πρὸς πυροῖ. καίτοι τὴν ἐνέργειαν τῶν ὑδάτων. καὶ εἰ ἐν ὑγιεινοῖς τόποις εἴη τὰ ὕδατα, θέρους παραληπτέα, εἰ ψυχρὰ εἴη. ἐπεὶ δὲ πολλοὶ τῶν ἰδιωτῶν οἴονται, τὰ θερμὰ τῶν ὑδάτων συμβάλλεσθαι πρὸς συντήρησιν ὑγείας, καὶ διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἀναιδῶς καὶ ἀνεπιστάτως 73) χρῶνται, ὡς εἰκὸς, ἐπὶ βλάβῃ, ἄξιον, τῆς ψευδοῦς δόξης αὐτοὺς ἀποστῆσαι. 74 χρήσθωσαν δὲ, εἰ παρεῖεν, τοῖς ὕδασι, ἀντὶ βαλανείων κοινῶν.

ΚΕΦ. ζ.

Ἐκ τοῦ 75) Ἀγαθίνου. Περὶ θερμολουσίας καὶ ψυχρολουσίας.

Περὶ θερμολουσίας καὶ ψυχρολουσίας, ἣν ἔχει φύσιν ἑκάτερον, σκεψώμεθα. κράτιστον δὴ

us, et saepe per diem aquis uti. quod tamen ante cibum faciendum est. inutile enim est, materia nova plenos, aquas etiam sumere, quae tantopere commovere queant. si vires eos deficiant, parum cibi eis offeratur. Cum vero plurimae ex iis aquis in locis palustribus et aestuosis oriantur, et propterea morbosae sint, eis opportune uteris vere et autumno: quatenus hyeme * adurunt. atque illud quidem tempus aquarum vires firmat. si vero in salubribus locis sint, erunt etiam aestate assumendae, si frigidae fuerint. Quoniam autem nonnulli ignari putant calidas aquas conducere ad tuendam sanitatem, et ob eam causam eis impudenter, et nulla habita ratione constitutionis temporis, utuntur, idque cum damno, ut est etiam verisimile: aequum esset, eos ex hac falsa opinione decedere. his autem aquis, si adessent, uterentur etiam communium balneorum loco.

Ex Agathino, de calida et frigida lavatione. Cap. 7.

Quam naturam habeat, tum calida, tum frigida lavatio, considerandum est

---

70) Forte: ἀπολείποιεν, aut, ἐπιλείποιεν. Defendi tamen potest. Mox malim, προσφερέσθωσαν. Istud tamen de medicis accipi possit.

71) Ita correxi, ab ἐπίνοσος. Codex: ἐπὶ νόσων.

72) πρὸς πυροῖ sensu caret. Credo, ex uno vocabulo duo facta esse. Forte, προσπελᾷ κατὰ τήν. Dicitur enim πελᾶν et πελάζειν. Rasarii interpretatio in his et viciniis prorsus est arbitraria. Hariolandum enim erat.

73) *Sine animadversione, sine attentione mentis, sine deliberatione.* Saepe hoc habet Polybius. Ἰδιῶται h. l. sunt, *artis medicae ignari.*

74) ἀποστῆσαι non est, *decedere*, sed ἀπαγαγεῖν, *abducere*, *prohibere* ab ista falsa opinione.

75) A principio Codicis, in indicibus capitum, legitur: ἐκ τῶν (recte!) ἀγαθίνου. Supra lib. VIII. cap. 2 appellatur Ἀγαθῖνος, ubi ejus cum laude meminit Archigenes, qui ejus auditor fuit. v. Fabric. bibl. Graec. Vol. XIII. pag. 41.

76) ἐμοίγε εἶναι δοκεῖ, μηδὲ τῶν θερμῶν παντάπασιν ἀποξενοῦσθαι 77) λουτρῶν· δεῖ οὖν αὐτοῖς, ὡς ἔχουσί τι καίριον, ἐςιν ὅπου. 78) καὶ γὰρ κόπους παύει, 79) καὶ τὰς ἐκ μεγάλης ἀπεψίας νωθρότητας 80) παραιτεῖται, μάλιςα, εἰ καὶ πιών τις ἐν αὐτῷ τῷ βαλανείῳ θερμὸν ὕδωρ 81) οὖν, ἀπεμέσειεν τοὺς ἐκ τῆς διεφθορυίας τροφῆς ἠθροισμένους χυμούς· μαλάσσει δὲ θερμὸν λουτρὸν, καὶ ἀλόγως ποτὲ συνδεδεμένον καὶ ἐσφιγμένον τὸ σωμάτιον. ἁρμόζει δὲ καὶ τοῖς 82) δυσεντερικοῖς, δυσγενῶς μὲν ἐςιν ὅτε πρὸς ψυχρολουσίαν, ἀπροθύμως δὲ ἔχουσι πρὸς ἄλειμμα. τρόπος γὰρ τῆς ἀπὸ θεραπείας 83) ἐςὶ τῆς τροφῆς καὶ τὸ βαλανεῖον ἀναρμόςως μὲν ἐν συνεχεισμῷ. 84) τῆς δὲ κατὰ τοὺς τοιούτους καιρούς. ἐπιτήδευσιν οὐκ ἄτοπον ἔχων· κατὰ τὸ πλεῖςον δὲ τοῖς βραχὺ γοῦν τουβην 85) ὑγιαίνειν ποιουμένοις λόγον ψυχρολουτητέον. δυσαντίβλεπτον 86) γάρ ἐςι τὸ μέγεθος

nobis. optimum autem mihi videtur, lavacra calida non eſſe prorſus reiicienda: rarius tamen adhibenda. iis igitur, tanquam opportunum quid habentibus, utendum quandoque eſt. nam et laſſitudines ſedant: et ſecordiam, quam cruditates afferunt, ipſa eximunt, ac praeſertim, ſi quis in balneo aquam calidam potaverit, ſuccoſque ex alimento corrupto aceruatus evomuerit. calidum quoque lavacrum mollit corpus, quod praeter rationem quandoque colligatum, conſtrictumque fit. Conuenit etiam iis, qui non ita praeſenti animo ad frigidam lavationem ſunt affecti, et ad unctionem prompti non ſunt. Modus * apotherapiae eſt alimentum et balneum: quod incommodum eſt, ſi aſſidue: non incommodum vero, ſi tempeſtive adminiſtretur. * Qui autem hunc brevem vitae curſum ſani cupiunt tranſi-

---

76) Rasarius δὲ legit. Ego credo, δή. Nam ε. et η. in hoc Codice interdum difficulter dignoscitur.

77) Propric eſt, *in peregrina regione, relicta patria, peregrinari.* Hoc loco, ut arbitror, translate atque eleganter dicitur loco, *ſe abſtinere.* Huic accommodatissimum eſt proximum προσιέναι. Σπανίως enim προσιέναι dicitur is, qui rarius locum aliquem accedit.

78) Addo, χρῆσθαι. Id si omittatur, δεῖ requirit αὐτῶν et ἐχόντων. Nec tamen credibile, utrumque permutatum esse.

79) Ita in marg. In textu: ποιεῖ. Verſu 2. loco οὖν, coniicio ἀρκοῦν.

80) Hoc per ſe probum eſt. Nihilo minus tamen conjicio, παραιρεῖται, aut, παραλύεται. Pag. 282. eſt ὑφαιρεῖν.

81) οὖν expellendum. Interpositum eſt, quod poſt βαλανείῳ punctum ſcriptum eſt.

82) δυσεντερικοῖς in textu deletum eſt transversa linea. De δυσγενῶς dubito. De iis enim, quae a natura, adeoque perpetua ſunt, ἔςιν ὅτε dici nequit. Conjicio δυσμενῶς. Junguntur: δυσμενῶς et ἀπροθύμως ἔχουσι. Ἀπροθύμως, quod et apud Stephanum auctoritate caret, habet Xenoph. p. 443. Quae mox leguntur, ea, ut corrupta, ſtellula notavit Rasarius.

83) Rasarius maluit ἀποθεραπείας, quod et mihi probatur, ac ſaepius apud medicos occurrit. Verum ſingulorum vocabulorum emendationes in hujusmodi locis nihil prosunt.

84) συνεχεισμὸς, forte loco, συνέχεια, non memini legere.

85) Sic, ſine accentu. Raſarius videtur voluisse, τοῦ ζῆν.

86) Ἀντιβλέπειν ſatis notum Inde, δυσαντίβλεπτος, quo utitur Cinnamus p. 264. Occurrit etiam in Opuscc. Myth. Galei. p. 185. Forte tamen, δυσαπόβλεπτον, δυσπερίβλεπτον.

τῆς ἐκτὸς ψυχρολουτεῖν ὠφελείας. διὰ τοῦτο εὕροις ἂν τοὺς μὲν ψυχρολουτοῦντας, καὶ εἰ γηραιοὶ παντάπασιν ὦσι, συνεστῶτάς τε καὶ πεπηγότας τοῖς σώμασι, καὶ τὴν χρόαν, εὐανθεῖς, καὶ καθόλου πολὺ τὸ ἀνδρῶδες καὶ τετονωμένον ἐμφαίνοντας. ἔῤῥωνται δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ τῶν ὀρέξεων 87) καὶ πέψεων, καὶ τὰς αἰσθήσεις ὡς ἐπίπαν διηκριβωμένας ἔχουσι, καὶ πᾶν ἁπαξαπλῶς φυσικὸν ἐνέργημα. τοῖς δὲ θερμολούταις 88) πλαδαρά τε ἔχειν συμβέβηκε καὶ διεῤῥυηκότα τὰ σαρκίδια, καὶ τὴν χρόαν ἀνάτροπον, 89) καὶ τοῖς τόνοις, οἷον νευροτομεῖσθαι, 90) καὶ κακοσίτοις εἶναι, καὶ πάντα χείρω τῶν ἑτέρων ἔχειν. τί γὰρ ἂν ὡς ἀληθῶς ἐργάσαιτο 91) μετρίου τοσαύτη διηνεκῶς 92) καθέψησις ἐν ἀέρι διαπύρῳ τε καὶ καθύγρῳ. τὰ γοῦν νήπια τοῖς μὲν βαρβάροις ἔθος ἐστὶ, ὡς πυνθάνομαι, καὶ καθιέναι συνεχῶς εἰς τὸ 93) ψυχρόν· ἡμεῖς δέ γε καθεψῶμεν ταῖς συνεχέσι θερμολουσίαις, πειθόμενοι ταῖς τιτθαῖς, αἵτινες ἀσμενίζουται 94) τοῦ μετὰ τὴν ἐν τοῖς λουτροῖς ἀπαύδησιν τῷ κάρῳ τῶν παιδίων, ἀποχρόντως τὲ ἔχειν νομίζουτιν 95) ἑαυταῖς, εἰ

gere, frigida lavari saepe debent. vix enim verbis exequi possum, quantum utilitatis ex frigida lavatione percipiatur. quod in causa est, ut, qui frigida lavantur, etiamsi senio propemodum confecti sint, corpore tamen constanti et compacto, et colore florido comperias: et omnino, qui multum virilitatis et tenoris prae se ferant. quinetiam, quae ad appetitiones, concoctionesque pertinent, firma, sensusque plerumque integros et exquisitos, et, uno verbo, naturales actiones rite constitutas habent. qui vero calida lavantur, carnes flaccidas, fluidasque solent habere, et colorem aversum: et tenore videntur eneruati esse, maleque cibum appetere, atque omnia habere caeteris deteriora. quid enim re vera mediocre faciat tam assidua in aëre ferventi et perhumido elixatio? Equidem in more positum barbarorum audivi, ut infantes in frigidam assidue demittant: nos vero calidis lavationibus continuis elixamus, a nutricibus persuasi, quae tum demum gaudent, cum post laborem in balneo

87) Appetitus alimentorum.

88) θερμολούτης, ὁ, *qui balneo calido utitur.* Etiam hoc probum vocabulum, tametsi nec in thesauro Stephani reperiatur. Mox in Codice: διεῤῥυκότα, quod correxi.

89) Ab ἀνατρέπω, ut ἄτροπος. Theocrit. Id. 3, 49 Forte, ἄμορφον, aut, ἀνάπηρον, aut, ἀποτρόπαιον.

90) Ego nec de hoc vocabulo dubito, tametsi nec hoc in lexicis reperiatur. Νευροκοπεῖν notatur ex Hermogene, quem ego juvenis attente legi. Id tamen apud eum non reperi. Habet Polyb. T. II. p. 751. Intelligitur autem ex superioribus συμβέβηκε.

91) Sic correxi, loco ἐργάσηται. Proximum μετρίου pendet ab τί. Legi tamen quoque possit μέτριον.

92) Ita nunc appellat θερμολουσίαν. Mox, καθεψῶμεν et καθεψώμενα. Haec translatio autem mihi non probatur, tanquam nimis vehemens.

93) ὕδωρ.

94) τοῦ non habet locum. Aut ergo delendum, aut ejus loco corrigendum τῷ. Sed ita ante κάρῳ omittendum τῷ. Ἀπαύδησις est *defatigatio*, ab ἀπαυδάω, quod proprie est, οἷον ἄφωνον γενέσθαι. v. Erotian. p. 13.

95) Forte, νομίζουσι.

μὴ πολλὰ 96) διοχληθῇ, τῶν τε νύκτωρ δυσυπνα φάμεναι γίνεσθαι τὰ μὴ τακαρωθέντα μικροῦ δεῖν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῆς θερμολουσίας. ὅθεν ἐγὼ τὸ ἐμὸν παιδίον, καὶ πολλὰ τῶν ἄλλων, ἀλείμμασιν ἀρκεῖσθαι τὰ πολλὰ ποιῶ, καὶ χωρεῖ μοι τὸ πρᾶγμα κατὰ νοῦν. τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἄλλων τρεφόμενα παιδία, συνεχῶς λουόμενα, καὶ ἐπὶ πολὺ καθεψάμενα, θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ σπᾶταί τε ἐπιληπτικῶς, καὶ τῆς 97) ἄλλα κακῶς ἀπαλλάττει. τῶν μέντοι μικρῶν 98) ὑπὲρ τοὺς νηπίους οὐδενὶ νομίζω τὴν ψυχρολουσίαν ἀνάρμοστον εἶναι, μήτε φύσεώς τινος ἰδιαζούσης γενομένους, 99) καὶ τοῖς ἄλλοις ὠφελίμοις ἀντιπάσχοντας. πολλὰ γὰρ ἱστορεῖται καὶ τοιαῦτα. τὴν δὲ καταρχὴν ἐπὶ τῶν ἀηθῶν τῆς ψυχρολουσίας οἱ πολλοὶ μὲν οἴονται δεῖν θέρους ὄντος ἀκμαιοτάτου ποιεῖσθαι· ἐγὼ δὲ 100) παρηκολούθηκα ἐν πάσαις ταῖς τοῦ ἔτους ὥραις ἀβλαβῶς τοῖς πλείστοις ἀρχομένοις 1) ψυχρολουσίας. πάντοτε μὲν οὖν 2) ἄρξεται ἀβλαβῶς ψυχρολουσίας. εἰ οὖν εἶναι χρή τινα διαφορὰν, ἑλοίμην ἂν ἐγὼ τὴν ἐαρινὴν ὥραν πρὸ τῶν ἄλλων. δεῖ δὲ εὐδιοίκητον καὶ κοῦφον ἥκειν ἐπὶ τὴν ψυχρολουσίαν πάντοτε μὲν, μάλιστα δὲ, ὅτε καταρχώμεθα τοῦ πρὸς αὐτὴν ἔθους. αἰεὶ δὴ γυμνασίοις προσ-

perceptum infantibus sopor irrepit: quae quidem satis ipsis esse existimant, si infantes non magnopere noctu vexentur: ajuntque, eos somno vix capi, qui non fuerint ferme a copia lavationis calidae soporati. quam ob rem ego filiolum meum, et plerosque caeterorum, unctionibus solum perfundo: resque mihi successit ex sententia. at pueruli ab aliis educati, qui assidue lavantur, plurimumque elixantur, non mirum est, si epilepticis conuulsionibus capiantur, et ab eo morbo difficulter liberentur. Nulli igitur puerulo, qui infantum aetatem excesserit, frigidam lavationem esse incongruam, censeo. modo ne propria quaedam natura huic et aliis utilibus rebus obsistat. multa enim hujusmodi sunt memoriae prodita Frigidae autem lavationis initium in iis, qui ei assueti non sunt, multi sumendum esse existimant, cum aestas in summo statu est. ego tamen quamplurimos vidi, qui quocunque anni tempore eam auspicati, innoxie id fecerunt. ex quo fit, ut omni tempore citra noxam possit principium frigidae lavationis sumi. sed, si qua inesse varietas debet, ego vernum tempus caeteris anteponerem. Caeterum

96) Forte: διοχληθῇ (turbentur, nimirum, nutrices) τῶν δὲ (ab infantibus) νύκτωρ, δύσυπνα φάμεναι γίνεσθαι (τὰ παιδία) τὰ μή. Mox legendum, ταχερωθέντα. Rasarius in mente videtur habuisse κατακαρωθέντα.

97) Conjicio: καὶ τοῖς ἄλλοις κακῶς. Κακῶς ἀπαλλάττειν notum. τὰ ἄλλα, sunt incommoda et morbi, qui ex istis lavacris oriuntur. Possit etiam conjici, καὶ (κατὰ) τὰ ἄλλα. ἀπαλλάττειν est sine casu

98) Forte: μικροῦ, seu, μικρά, *paullum.* Intellige, γενομένων.

99) Primo hic notandum, μήτε καί. Sed hoc ferri potest. Verum constructio requirere videtur: γενομένοις — ἀντιπάσχουσι. Mox Codex κατ' ἀρχὴν, quod correxi.

100) παρακολουθεῖν proprie est, *sequi, comitari*, deinde, *observare, cognoscere.*

1) Codex: ψυχρολουσίαις.

2) Forte hic excidit τίς, id est, ἄρξεταί τις. Mox fortasse: εἰ δ' οὖν.

ανακινητέον 3) ἑαυτοὺς, ἄχρι τοῦ. 4) παρὰ τισὶ μόνον καὶ προθυμίαν εἰς τὸ ψυχρὸν γενέσθαι. προκαταπονεῖν γὰρ σφοδρότητι καὶ πλήθει κινήσεων τὸ σωμάτιον, καὶ μέχρι κόπου προάγειν, καὶ ἄλλως μὲν ἄτοπον· οὐδὲν γὰρ 5) ὑπὸ τὸ μέτριον ἐπιτηδευόμενον ὑγιεινόν ἐστι· καὶ δὴ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ψυχρολουσίαν ἀνεπιτηδειότατον. ἐπεὶ συνδεῖ γὰρ καὶ αὐτὴ τὰ σώματα, καὶ πολλῷ σφοδροτέρους ἀπεργάζεται τοὺς κόπους. ἄμεινον δὲ οἶμαι, τὸν ὅλον τῆς χρήσεως τρόπον ἄνωθεν ἀρξάμενον ἐκθέσθαι. μετὰ δὴ τὸ ταῖς βιωτικαῖς ἀσχολίαις, ἢ περιπάτῳ γοῦν, ἢ αἰώρᾳ, προδιασαλεῦσαι τὸ σῶμα. τῷ 6) οὖν οὕτως ἐλθετέον ἐπὶ τὴν χρῆσιν, μήτε πρωϊαίτερον, εἰ οἷόν τε, τῆς νενομισμένης πρὸς ἄριστον ὥρας, μήτε πολὺ βράδιον. ἑκάτερος γὰρ τῶν καιρῶν τούτων ἄθετος. γυμνοῦσθαι δὲ, εἰ μὲν παρέχει τὰ τῆς ὥρας, ἐν ἡλίῳ χρή. πάντως γοῦν ἐν ἀπεριπνεύστῳ· πολλάκις δεῖ 7) πρὸς τὴν ἀπόδυσιν δυσρίγως ἔχοιεν, ἀνακινητέον ἔτι, τοῖς ἱματίοις σκεπόμενον τὸ σωμάτιον, τοὺς 8) συντονωτέρῳ περιπάτῳ τείνοντας ἐν αὐτῷ σφοδρότερον τὰς ἰγνύας, ἢ καὶ δρόμῳ μετὰ ταῦτα. τὰ δὲ ὀθόνια οἷς τραχέσιν εὐτόνως ἄχρι πολλῆς καθάψεως φοινίξασθαι δεῖ ἑαυτοῦ τε καὶ δι᾽ ἄλλων. ἄριστον δὲ, τοὺς 9) πόδας πρὸς τοῦτο χειρίδας ἔχειν ἐξ ὀθονίων ῥαπτάς. ἄλλως γὰρ, ἀναμάλου τῆς χρήσεως

cum ad frigidam lavationem accedimus, cum semper alias, tum vel maxime, cum incipimus, optime distributum id, quod in nobis est, esse debet, et nos leves esse atque expeditos par est. semper autem nosmetipsos exercitationibus eo usque dimovere prius debemus, donec propensione et alacritate in frigidam ingrediendi capiamur. etenim vehementia et multitudine motionum prius corpusculum defatigare, et ad lassitudinem usque perducere, cum alioqui absurdum sit: (nihil enim, in quo supra modum studium nostrum ponamus, salutare est:) tum vero ad frigidam lavationem est ineptissimum: siquidem et ipsa corpora colligat, et vehementiores lassitudines affert. sed praestat, opinor, utendi rationem, sumto altius initio, totam exponere. Postquam igitur negociis familiaribus, aut ambulationibus, aut gestationibus corpus fuerit antea concitatum, tunc ad frigidae lavationis usum debebit accedere: nec prius, quam sit hora prandii consueta, nec sane multo tardius. utrumque enim hoc tempus est reiiciendum. Nudandus autem, si tempus permiserit, in sole est, loco a ventis non perflato. Saepe etiam, si, dum exuuntur, rigor eos infestos haberet, corpus iterum vestimentis tectum intentiore ambulatione, popli-

3) Forte: προανακινητέον, vel potius προασκητέον. Infra tamen est, ἀνακινητέον.

4) παρά τισὶ μόνον. Ita Codex. Haec non capio. Requiro accusativum alicujus substantivi. ἑαυτοὺς et τισὶ repugnant sibi. Forte, παράτασιν ἐπίμονον. Sed nec hoc placet.

5) Forte, ὑπέρ.

6) Haec corrupta sunt.

7) Conjicio: δ᾽, εἰ, aut, δ᾽ ἦν.

8) Dubito de his. Fideliter autem expressi Codicem. Forte, μετὰ δὲ ταῦτα ὀθονίοις τραχέσιν, et mox, δι᾽ ἑαυτοῦ.

9) Rasarius videtur voluisse, ὑπηρέτας, ὑπουργούς, aut, τοὺς παρὰ, aut, ὑπὸ πόδας.

γιγνομένης, συστρεφομένων τῶν ὀθονίων ἔσθ᾽ ὅτε 10) ἀποδῶραι τοῦ δέρματος γίγνονται. μετὰ δὲ ταῦτα, καὶ διὰ τῶν χειρῶν, ὑπό τε ἄλλων, καὶ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ, δεῖ ξηροτριβεῖσθαι. 11) μετὰ γὰρ τῆς ἀναθάλψεως, καὶ τόνον τινὰ θαυμαστὸν ἐμποιεῖ τοῖς σώμασι. μηδὲν γοῦν ἄλλο πραγματευσαμένους, ἔνεστιν, ὅσον ἐπὶ τῇ προθυμίᾳ, μετὰ ταύτην εὐθὺς ψυχρολουτεῖν 12) ξηροτριβίαν. ἀλείφεσθαι δὴ 13) οὖν ἐλαίῳ δεῖ συμμέτρῳ, καὶ ἐπὶ πολὺ τρίβεσθαι, καὶ ὑπ᾽ ἄλλων μὲν, μάλιστα δὲ ὑφ᾽ ἑαυτῶν. οὐδὲν γὰρ, οὔτε ἀκοπώτερον, οὔτε εὐπονώτερον, οὔτε μᾶλλον 14) ποιητικὸν τοῦ τῆς δι᾽ αὐτῶν τρίψεως. εἰ γοῦν διαρκοῖ τὶς τῇ πρὸς αὐτὴν προθυμίᾳ, μέχρι τοῦ δασύναι τὸ πνευμάτιον ἀποχρόντως, οὐδὲν ἂν δέοι τῶν ἄλλων γυμνασίων. ἀλλ᾽, οὐδ᾽ ὅπως ἔχῃ 15) τί πλήσμιον τὸ πρᾶγμα, ῥᾳδίως πρὸς αὐτὸ ἀπαυδῶμεν. ὅθεν ταῖς γοῦν ἄλλαις, ταῖς ἑκάστῳ συνήθεσι, χρηστέον γυμνασίαις. σκοποῦμεν, 16) ὅπερ ἔφην, ἐνδότερον κάμπτοντας, 17) καὶ μὴ πάντως ἀναμένοντας, ὅτα 18) εἰδήσαιμεν, ὅπερ τοῖς πλείστοις ἔθος. ἄχρι οὖν τοῦ διαθερμανθῆναι, καὶ ἀποχρόντως ἑτοιμασθῆναι πρὸς τὴν ψυχρολουσίαν τὸ σω-

tibus vehementius tenſis, vel etiam curſu poſtea dimoventum eſt. ad haec autem linteis aſperis valide ad multam uſque contrectationem, tum per ſe, tum per alios, rubefieri debet. optimum quoque fuerit, ſi miniſtri ad hoc manicas ex linteis conſutas habuerint. alioqui autem inaequali frictione adhibita, complicatis nimirum linteis, cutis excoriationes quandoque conſequuntur. poſtea vero manibus, tum ab aliis, tum ipſe per ſe ſicce fricandus eſt. quae res, praeterquam, quod fovet, tenorem etiam admirabilem corpori indit. nulla igitur alia re tentata, poteſt, quatenus alacritas fert, poſt hanc ſiccam frictionem frigida lavari. Ungi ergo oleo moderate debet, et fricari multum, ac praecipue a ſe, tum etiam ab aliis. nihil enim eſt, quod tam laſſitudine, doloreque vacet, atque efficax ſit, quam frictio, quam quis ſibi ipſe adminiſtrat. ſi quis igitur ea promtitudine ad frigidam lavationem contentus ſit, donec ſpiritulus creber fiat, aliis exercitationibus non erit opus. ſed tamen id difficulter omnes conſequimur, cum prae-

10) Rasarius videtur conjecisse: ἀποδοραὶ, ſicuti dicitur, ἐκδορά. Sic paullo ante Codex: ὀθωνίων, per ω.

11) Apud Harpocrat. p. 126. 127. eſt, et ξηραλοιφεῖν, et ξηροτρίβεσθαι, uti hic quoque corrigendum. Compara Ariſtol. Problematum ſectione 37. §. 5. ubi eſt ξηροτριβίη, ſicuti hic paullo poſt.

12 τὴν interponendum videtur. Forte antea etiam, πραγματευσαμένοις.

13) Sic correxi. In Cod. eſt δεῖ

14) ποιητικὸν indefinitum eſt. quaeri enim poteſt: τίνος ποιητικόν; utrum δυνάμεως, an, τονώσεως, an ullius alius, quod corpori proſit? Mox delendum videtur τοῦ, ac deinde, loco ἢ γοῦν correxi, εἰ γοῦν. Item, loco διαρκοιει, quod accentu caret, dedi διαρκοῖ, et loco, πρὸς αὐτῇ, ſcripsi: πρὸς αὐτὴν, nimirum, τὴν τρῖψιν.

15) Jungenda ſunt: ἀλλὰ ῥᾳδίως — ἀπαυδῶμεν. De ἀπαυδᾷν ſuperius monitum. Sic Suidas in Μέλιτος habet: ἀπαυδήσας ἐπὶ τοῖς μόχθοις κ. τ. λ. Vide etiam Cinnam. p. 63. Πλήσμιος habet Gregor. Nyss. T. I. p. 706. Credo, haec leviter corrupta esse, uti vicina etiam. Conjiciebam ἔχον, aut, ἀλλ᾽, οὐκ οἶδ᾽, ὅπως ἔχῃ — καὶ ῥᾳδίως.

16) Ita antea. Nunc ex correct. σκόπου μεν (ſine accentu). Tertia correctio videtur esse, κόπου.

17) Sic. Ex correct κάμνοντας.

18 Ita ad litteram Codex. Rasarius videtur cogitasse de οἰδῆσαι, ſeu, ἀνοιδῆσαι, ac de ἕως. Forte hic latet ἀηδίσαιντο, ab ἀηδίζεσθαι.

μάτιον. καταπαύσαντας δὲ τὰ γυμνάσια, τότε γοῦν πάντες, εἰ καὶ μὴ πρότερον, ἑαυτοὺς τριπτέον, μετὰ κατοχῆς τοῦ πνεύματος, ἔσθ' ὅτε καὶ κόνει 19) προσεμπασαμένους, μάλιστα, εἰ καὶ νοτίσαιμεν, εἶθ' οὕτως ἀμελλήτως καὶ ἀθρόας καταβαίνειν εἰς τὸ ψυχρὸν, ἢ ῥαδίως περιχεῖσθαι εἰς τόδε τὸ ὕδωρ, εἰ ἐφ' ἡμῖν εἴη τὸ ἐκλέγεσθαι, μήτε παγετῶδες, μήτε παντελῶς ἀνειμένον τῇ ψύξει. τοῦτο γὰρ βλαβερώτερόν ἐστι τῆς εἰς θάτερον ὑπερβολῆς. 20) κράτιστον δὲ ὑδάτων πρὸς ψυχρολουσίαν, καὶ μάλιστα, ὅτε κατάρχοιτό τις τοῦ ἔθους, τὸ θαλάσσιον. τά τε γὰρ τῆς ψύξεως καὶ ἀποχρόντως ἔχει, καὶ ὁ διὰ τὴν ἁλμυρίδα 21) δηγμὸς ἀναθερμαίνει ῥαδίως. ὁποῖον δὲ ἂν ᾖ, καθαρόν τε καὶ διαυγὲς ἔστω, καὶ μὴ τελματῶδες, 22) μηδὲ ἐλῶδες, μηδὲ ἄλλως στάσιμον. προκριτέον δὲ, εἰ ἐξείη, 23) τὸ καταβαίνειν μᾶλλον, ἢ τὸ περιχεῖσθαι. κατὰ μὲν οὖν τὴν πρώτην ἔμβασιν ὀλίγον διατριπτέον· εἶτα ἐμβαίνειν χρὴ, καὶ ἀνατρίβειν ἑαυτὸν βιαίως· αὖθις δὲ καταβαίνειν, καὶ τότε προσλιπαρεῖν, τηχόμενον, ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν, ὡς ἐμμεῖναι πλέον, οὐ μὴν, ὥστε πάλιν ἔλαιον 24) δὴ καὶ ἀνατρίβεσθαι, προθυμίᾳ· εἶτα τὸ τρίτον καταβάντας, καὶ μὴ ἐπὶ πολὺ διατρίψαντας, ἤδη καὶ κρουνοῖς ὑποτιθέναι τὴν κεφαλὴν καὶ 25) κα-

ſtantiſſima quid ſatietatis res adjunctum habeat. ergo aliis unicuique conſuetis exercitationibus utendum eſt, intra tamen laſſitudinem, ut dixi, laborando. nec omnino expectandum, quouſque in molem extollatur, quod plurimis mos eſt, ſed donec corpuſculum fuerit calefactum, et ad frigidam lavationem abunde praeparatum. Exercitationibus autem finitis, tunc ſe ipſos omnino, nisi etiam prius, fricare debent, ſpiritum continendo: aliquando etiam corpore puluere prius conſperſo, si madore humeſcat: atque ita sine ulla mora et ſubito in frigidam deſcendere: vel ſubito aqua circumfundantur. aqua autem, si nobis optio detur, nec glacialis, nec remiſſa omnino frigiditate eligenda eſt: siquidem haec magis nocet, quam quae in altera parte excedit. Aquarum autem ad frigidam lavationem, praeſertimque, cum primum quis incipit, eſt marina: quippe quae frigoris ſatis habeat et morſus, qui ex ſalſedine provenit, corpus facile percalefacit. qualis autem cumque ea fuerit, pura eſto, et perlucida, nec paluſtris, nec coenoſa, nec alioqui reſes. caeterum anteponendum eſt, si liceat, in aquam descendere, quam circumfundi. sed primo quoque in-

19) In his mihi displicet personarum permutatio, primae et tertiae. Mox correxi, ἀμελήτως. De ῥαδίως dubito. Forte, ταχέως. Vocabula, εἰς τόδε τὸ, otiosa sunt. ἀνειμένον τῇ ψύξει etiam mirum videtur mihi quidem. Νοτίζειν eſt *madefacere*, νοτίζεσθαι eſt *madefieri*. Graece dici nequit: τὸ σῶμα νοτίζει, ſed νοτίζεται. Malebam etiam, νοτίσαιντο. Iſtud tamen medico convenit.

20) Sic correxi, loco ὑποβολῆς.

21) Polyaenus p. 277. ἀσφαλτώδεις δὲ καὶ πλῆθος (immo, πλήρεις) ἁλμυρίδος.

22) Habet Erotian. p 52. et Philo. p. 379. G. λιμνώδεις καὶ τελματώδεις. Xenoph. Oecon. 20, 11. τέλματα et ὕδωρ στάσιμον jungit.

23) Codex: ἐξία.

24) Ita Codex.

25) Addendum videtur, τά.

τὰ τὸν ςόμαχον. εἰ δὲ μὴ, καταντλεῖσθαι γοῦν πλείοσιν ὑδρύαις, καὶ τοῦ μὴ συδαρευτεῖν, 26) εἶθ' οὕτως ἀνατρίβεσθαι μετρίως, μηκέτι 27) νῦν ἐλαίῳ διαλύοντας τὴν γεγονυῖαν τοῦ σώματος τελευταίαν ἐπίπηξιν. μετὰ δὲ ταῦτα ξύςραις 28) μὴ πάνυ ἀμβλείαις, ἐπὶ πολὺ δὴ ξύοντας, φοινίσσειν τὸ σωμάτιον. καὶ γὰρ τονοῦται, καὶ ἐξομαλίζεται 29) τῆς ἐπιφανείας. εἰ δὲ καὶ βεβρωκότεσι 30) τύχοιμεν, οὐ πάντως ἀπεχόμεθα τῆς ψυχρολουσίας, ἐπειδὰν ὀρεγώμεθα σφοδρῶς, εἴ τε κινήσεων τινῶν πρὸς τοῦτο ἡμᾶς ἐπαγομένων, ἢ καὶ τοῦ καύματος αὐτοῦ τρόπον τινὰ συνεψήσαντος. οὐκ οἶδα γάρ. 31) ἄν τις ἄμεινον τοῦτο ποιήσειε, διακαιόμενος καὶ ἀκαταλήκτως ἱδρῶσι χεόμενος. ἐγὼ γοῦν πολλάκις, καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον, ὅτε 32) δυσύπνοις τως ἔχοιμι πρὸς τὸ καῦμα, καὶ καταβαίνειν εἰς ψυχρὸν ἔθος ἔχω, καὶ θαυμαςὸν 33) πάντως χάριν διάγω τὴν νύκτα. ἐν δὲ τῇ χρήσει τοῦ ψυχροῦ τῶν ὤτων προνοητέον, ὅπως

gressu parum fricandum corpus eſt, poſtea ingrediendum: ac ſeſe violenter fricare debet: rursusque descendendum: ac tunc perseverare natando, aut alio quovis modo, ut diutius ibi commoretur: ita tamen, ut rursus, et ad oleum, et ad frictionem praeſto sit. deinde, cum tertio descenderint, et non diutius sint immorati, debent caput, et quae ad ſtomachum attinent, aquae ductibus ſubjicere: sin minus, pluribus hydriis perfundi: et ita moderate fricandi. quo tempore non dissoluimus oleo eam firmitatem, quae corpori prius advenit. Poſt haec vero ſtrigilibus non admodum obtusis diutius corpusculum detergemus, et ad ruborem perducimus. nam, et roboratur, et ſuperficies aequalis redditur. si vero etiam in eos, qui cibum ſumſerunt, incidamus, non omnino a frigida lavatione abſtinebimus: quoniam vehementer appetimus, et quia motiones quaedam ad id nos impellant: vel quia aeſtus ipſe quodammodo ſimul elixaverit. neſcio enim, an quicquam hoc praeſtantius faciat is, qui exuritur, et continenter ſudoribus perfunditur. equidem ſaepenumero a coena, cum aegre in ſomnum propter aeſtum delabor, in frigidam deſcendere conſuevi: et mirabile eſt, quam jucundam noctem transigam.

26) Sic. Forte ὑδρείαις, aut, ὑδρίαις. Proxima, quae intelligi nequeunt, omisit Rasarius. ὑδαταίνεσθαι ſuccurrebat. Nihil definio.

27) Forte: σύν. Et mox: σύμπηξιν. Sed iſtud quoque ferri poteſt.

28) ξύςρα dicitur etiam ςλεγγίς. v. Erotian. p. 44.

29) Interponendum videtur, τό.

30) Forte: βεβρωκότι τισὶν ἐντύχοιμεν.

31) Forte: γάρ, ὅ, τι ἂν τις ἄμεινον τοῦτου.

32) Ita prorsus Codex. Forte, δυσυπνήτως vel δυσύπνως πως.

33) Forte: πάντως, ὡς εὔχαριν διάγω, vel, παντὸς χάριν.

μὴ λανθάνῃ παρεισρέον εἰς αὐτὰ τὸ ὕδωρ. καὶ γὰρ ἄλλως οὐκ οἶδα, ὅπως πρὸς πᾶν συμφορωτάτη τῶν ἄλλων οὖσα διαιτημάτων ἡ ψυχρολουσία, μόνον βλαβερῶς καθάπτεται τῶν ἀκουστικῶν πόρων.

ΚΕΦ. η.

Περὶ 34) ἀμμοχωσίας. Ἐκ τῶν Ἡροδότου. Ἐκ τοῦ περὶ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων βοηθημάτων.

Ἡ δὲ διὰ τῆς ἄμμου πυρία, ἐπιτήδειός ἐστιν ἀσθματικοῖς, καὶ τοῖς τὸν θώρακα ῥευματιζομένοις, καὶ κοιλιακοῖς, καὶ ποδαλγικοῖς, καὶ τοῖς κατ' ἐπέκτασιν παραλελυμένοις, καὶ τοῖς καχεκτικοῖς, καὶ τοῖς ὑδρωπικοῖς, καὶ πᾶσι τοῖς χρόνιον ἔχουσιν ἄλγημα. ἐπιτήδειοι δὲ πρὸς τὴν χρῆσιν, πλὴν νηπίων, σχεδὸν πάντες, ὥρᾳ δὲ θερινῇ, μετὰ τοῦ 35) τὰς φλογωδεστέρας ἡμέρας αἱρεῖσθαι. δεῖ δὲ πρὸς τῷ ὄρθρῳ ἐν αἰγιαλῷ ἐν ἄμμῳ 36) βαθείᾳ βόθρους δύο, ἢ καὶ τρεῖς, παρασκευάσαι, ἰσομεγέθεις τῷ χρησομένῳ, καὶ ἀνεκκαῆναι ὑπὸ τοῦ ἡλίου. ὁ δὲ πεπονθὼς, καλῶς ἔσω διῳκηκὼς τὰ σιτία. κεχρήσθω πρότερον περιπάτῳ τὲ καὶ αἰώρᾳ· τοῦ δὲ περιέχοντος θερμοτέρου γενομένου, καὶ τῆς ἄμμου ἱκανῶς πυρωθείσης, ἐν τῷ βόθρῳ κατακλιθεὶς 37) ἐπικείσθω ἐκ τοῦ πρὸς λόγον τὴν πέριξ ἄμμον, μέχρι τοῦ φέρειν εὐφόρως· ἐσκεπάσθω δὲ τὴν κεφαλὴν, καὶ

in usu tamen frigidae, habenda ratio est aurium, ne frigida in eas clam influat. cum enim frigida lavatio ad omnia sit multo, quam caeterae diaetae, utilior, quomodo meatus, auditui deservientes tantum, cum noxa contingat, certe nescio.

De siccatione per arnenam. Herodoti. Ex libro de remediis extrinsecus occurrentibus. Cap. 8

Fomentum, quod ex arena adhibetur, accommodatum est asthmaticis, iis, quorum pectus defluxione laborat, coeliacis, podagricis, iis, qui per extensinem resoluuntur, iis, qui malo sunt corporis habitu. hydropicis, et denique omnibus, quos diuturnus morbus vexat. omnesque, praeter infantes, ad hujusce fomenti usum ferme apti sunt. tempus ad hic idoneum est aestas, in qua etiam dies ardentissimi sunt eligendi. In ortu autem solis, in littore, in arena profunda, duae foveae aut tres paris magnitudinis ei, qui usurus sit, parandae sunt, ut a sole calefiant. aegrotus vero cibos optime confecerit, priusque inambulet, et gestetur. cumque aër sit factus calidior, arenaque satis feruens fuerit reddita, in fovea recumbens, in arena, quae circum sit, maneat, ut ratio postulat, conuolutus, usquedum facile ferat. caput vero debet contegere, et solis radios

34) Ab aliis appellatur, ψαμμισμός. Codex, et hic, et in principio, in indice capitum, habet, ἀμμοχωσίας, a χωννύω, idque probandum videtur. Alterum est ex χύω, ut αἱματεκχυσία.

35) Forte καὶ addendum, nisi aliud hic vitium lateat.

36) ἡ ἄμμος habet etiam Xenoph. mem. Socr. 3, 3, 6.

37) Forte, ἐπιχείσθω, *infundat sibi, ingerat.*

τὰς ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνας ἐκκλινέτω, ἀεί τινος πρὸ τῶν ὀμμάτων σκεπαστηρίου τιθεμένου. συλλαμβανέσθω δὲ πρὸς ταῦτα καὶ τὰ σχήματα τῆς κατακαίσεως, 38) ὥστε, φέρ' εἰπεῖν, περὶ μὲν τὰ πρῶτα μέρη τῆς ἡμέρας πρὸς μεσημβρίαν ἀποβλέπειν, περὶ δὲ μεσοῦσαν, πρὸς βοῤῥᾶν. ἀποσπογγιζέσθω δὲ καὶ τὸ πρόσωπον διὰ ψυχροῦ· τοῖς δὲ ἐπιπλέον κακοπαθοῦσι, καὶ διάκλυσμα δοτέον. εἰ δὲ μηκέτι θερμαινομένης ἢ καὶ ψυχομένης τῆς σαρκὸς διὰ τοὺς ἐκκριθέντας ἱδρῶτας αἰσθάνοιντο, 39) ληγέτωσαν. οἱ δὲ παρόντες, τὴν ἐπικειμένην ἄμμον ἀφελόντες, ἐξαγαγέτωσαν αὐτοὺς, καὶ πάλιν εἰς τὸν παρακείμενον βόθρον ἐγκρυπτέτωσαν κατὰ τὰ εἰρημένα. τοῦτο δὲ καὶ ἐκ τρίτου, εἰ δέοι, ποιήτωσαν, ἀποβλέποντες πρός τε τὰ πάθη καὶ τὰς δυνάμεις. ἡ δὲ παραύξησις τοῦ χρόνου, κατὰ τὰ πρότερον λελεγμένα γινέσθω. καὶ κατακειμένους μὲν ἐγκρύψομεν, τούς τε ἀσθματικοὺς, καὶ ῥευματιζομένους θώρακα καὶ πλευρὰ, καὶ στομαχικοὺς, καὶ καχεκτικοὺς, καὶ κατὰ σάρκα ὑδρωπικούς· καθεζομένους δὲ, ὑδρωπικῶν μὲν τοὺς ἀσκίτας, καὶ 40) σἰ δέοι τυμπανίστων δὲ λοιπῶν παθῶν, καὶ κωλικοὺς, καὶ ἡπατικοὺς, καὶ σπλαγχνώδεις, καὶ ἰσχιαδικοὺς, καὶ ποδαλγικοὺς, καὶ παραλελυμένους πόδας ἢ σκέλη. ἐπὶ τέλει δὲ πάντας ὅλους ἐγκρυπτέον. καλὸν γὰρ, καὶ τὸν χαλασμὸν δι'

declinare, femperque ante oculos operimentum aliquod habere. figura vero, in qua exardefcat, efto in primis diei partibus ejusmodi, ut meridiem, in mediis, ut Boream fpectet. fpongia quoque, aqua frigida imbuta, faciei applicetur. iis vero, qui nimium patiuntur, collutio itidem offertur. si vero necdum calfactam, aut refrigeratam carnem, propter vim fudoris erumpentis fenferint, id fignificare debebunt: iique, qui adftant, arenam propellent, eofque educent, et in alia fovea propinqua collocabunt, in qua, ut dictum eft, occultabuntur. id tertio quoque loco erit faciendum, si opus effe videatur. qua in re fpectandus morbus eft, itemque vires aegrotantis. temporis vero additio ex iis pendet, quae funt dicta prius. Iam vero recumbentes occultabimus, ac contegemus afthmaticos, et quorum pectus et coftas defluxio vexat, itemque ftomachicos, et qui malo habitu corporis funt, et qui aqua inter cutem laborant: fedentes vero eos hydropicos, quos afcitas nominamus, sique opus fit, etiam tympanitas. ex aliis vero morbis, colicos quoque, et hepaticos, et fpleneticos, et ifchiadicos, et podagricos, et quorum refoluti funt pedes aut crura. ad finem vero hi omnes funt toti contegendi. quippe cum relaxatio rite toti corpori adhibetur, et utilitas partes etiam morbo vacantes debet perfuadere, et praefertim, si frigida lavati-

38) Forte, καταχλίσεως. Paullo ante eft, καταχλιθείς. Rasarius videtur voluisse, κατακαιήσεως, aut, κατακαήσεως.

39) Rasarius accepit pro λεγέτωσαν. Hoc ex eo eft, quod in hoc Codice η et ε ita scribuntur, ut difficile dignosci possint.

40) Forte, καὶ, εἰ δέοι. Mox malim: τυμπανίτας. τῶν δέ.

ὅλων τῶν σωμάτων γενέσθαι καὶ τὴν ὠφέλειαν, καὶ διὰ τῶν ἀπαθῶν ἐλθεῖν μερῶν, καὶ μᾶλλον, εἰ μέλλοιεν ψυχρολουτεῖν. ἔστωσαν δὲ παρὰ τοῖς βόθροις ἐν ἑτοίμῳ σκηναὶ ἐκ διαφανῶν κεράτων, καὶ στάμνοι ὕδατος γλυκέος καὶ ἐμβάσεις 41) θαλάσσης, εἰς ἃς παυσαμένους τῶν ἱδρώτων ἐκβιβάζειν χρή· εἶτα ἐξελθόντας 42) καταιονᾷν καὶ ἀνατρίβειν ἐλαίῳ. νηνέμου δὲ τῆς ἡμέρας οὔσης, καὶ τῶν σωμάτων εὐτόνων, καὶ κολύμβοις χρήσθωσαν, ἀφ' ὧν κομισθέντες, ἱκανὸν χρόνον διαλειπέτωσαν. ἀλλ' οἱ μὲν ὑδρωπικοὶ, προπιόντες ὕδατος θερμοῦ κυάθους ε. ἢ ς: ἀποκοτταβιζέτωσαν ἐπάναγκες· οἱ λοιποὶ δὲ τὸ ἔθος τηρείτωσαν. ἐπιτρεπτέον δὲ, αὐτοὺς, διὰ τὰς ἐν τῷ ἡλίῳ κακοπαθείας, τὸ ποτὸν παραύξειν. πλῆθος δὲ ἡμερῶν, ἐπὶ μὲν τῶν 43) διαλιπόντων παθῶν, ἔστω μὴ ἔλαττον ιδ. μήτε πλέον κα. ἐπὶ δὲ ὑδρωπικῶν τὸ πλῆθος τῶν ἡμερῶν ληπτέον, τῇ κατὰ τὸν ὄγκον κενώσει. τῆς δὲ ὠφελείας ἀπὸ τούτου στάσιν λαβούσης, μετὰ μίαν καὶ εἰκοστὴν, ἐνθετέον διάλειμμα δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν, εἶτα πάλιν χρηστέον. εἰ δὲ θεραπεύουσι χειμῶνος ὕδρωπα, τὰ μὲν λοιπὰ τῆς ἰατρικῆς μὴ παρέχει 44) τὴν ὠφέλειαν, ὁ δὲ νοσῶν μὴ μένοι τὴν 45) ειδεόνην καιρῷ παραληφθησομένην ἄμμον, φιλοτεχνητέον, 46)

one fint ufuri. circa foveas paratae fint fcenae ex perlucidis cornibus confectae. itemque urnae aquae dulcis, et folia aquae maris, in quae, fedatis fudoribus, ingrediendum eft: tum exeuntes perfundendi et oleo confricandi. si vero dies tranquillus, corporaque robufta fuerint, natatione etiam utantur. a quibus abducti, abunde quiefcant. fed hydropici quinque aut fex aquae calidae cyathos prius epotos, effundere cogendi funt: caeteris mos fuus eft feruandus. alendi autem funt ii, ut propter mala, quae in fole funt paffi, potus augeatur. numerus dierum in morbis intermittentibus non fit minor, quam quatuordecim, nec unum et vigefimum diem excedat. at in hydropicis numerus dierum eft ad rationem inanitionis ipforum molis referendus, et fubducendus. cumque utilitatas poft vigefimum primum diem ftatum nancifcatur, biduum aut triduum intermittere convenit: tum redire ad ufum. si vero hyberno tempore hydropem cures, caeteraeque medicinae praefidia non juvent, aegerque expectare tempus opportunum non queat, refque urgeat, ut arena administretur, neque, ut ea utilitas, quam

41) Codex: ἔμβασις.

42) Dicitur αἰονεῖν et αἰονᾷν. De hoc v. Galen. in Gloss. p. 84. Supra jam aliquoties occurrit. Erotian. p. 15. αἰόνησις· κατάντλησις. De καταιόνησις et καταιονεῖν v. Chrysoft. T. V. p. 419. B. VII, 829. B. Gatack. ad Antonin. V, 9.

43) Forte, διαλειπόντων. Sic dicitur, διαλείπων πυρετός. Alii πυρετοὶ appellantur συνεχεῖς, μεθημερινοὶ feu, καθημερινοὶ, item ἀμφημερινοί.

44) Forte, παρέχοι.

45) Ita. Forte, ἐν δέοντι.

46) Codex: φιλοτεχνητέον.

ὡς 47) ἐνεπειχούσῃ, καὶ μὴ μενετέον τὴν ἐκ τῶν καιρῶν ὠφέλειαν. δεῖ τοίνυν ἐν παραθαλασσίῳ μὲν καὶ τότε διαιτᾶσθαι· τὴν δὲ ἄμμον ἐνύπνοις 48) φεύγοντα ἐγκαταχωννύναι τοὺς πάσχοντας εἰς αὐτὴν, κατὰ τὸν δεδηλωμένον τρόπον, καὶ τὰ λοιπὰ δὲ καταλελεγμένα πρακτέον. τὴν δὲ ἐντεῦθεν προκοπὴν διὰ πλείονος χρόνου προσδοκητέον.

ΚΕΦ. Θ.

Περὶ ἡλιώσεως. 49) Τοῦ αὐτοῦ.

Αἱ ἡλιώσεις ἀναγκαιόταται τυγχάνουσι τοῖς ἀναλήψεως δεομένοις καὶ σαρκώσεως. φεύγειν μέντοι χρὴ τόν τε ἐκνεφίαν 50) ἥλιον, καὶ τὸν πολλάκις ἐπισκιαζόμενον κατὰ τὰ νήνεμα χωρία. ἐπιτηδευτέον οὖν, ἐφ' ὅσον οἷόν τε, χειμῶνος μὲν καὶ ἔαρος καὶ φθινοπώρου τῆς ἡλιώσεως ἀπολαύειν ἀκεραίου. 51) θέρους δὲ παραιτητέον ἐπὶ τῶν ἀσθενῶν, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς θερμασίας. χρὴ δὲ παραβάλλειν ἡλίῳ καὶ πυρὶ 52) πάντων μᾶλλον τὰ νῶτα. τὰ γὰρ προαιρετικὰ 53) νεῦρα ἐν αὐτοῖς μάλιστα τυγχάνει. ταῦτα γὰρ 54) ἀλεαινόμενα, πᾶν τὸ σῶμα ὑγιεινότερον διατίθησιν. ἡ μέντοι κεφαλὴ σκεπέσθω διά τινος παραπετάσματος.

tempus accommodatum affert, * expectare liceat, tum in maritimo loco instituenda arena est: et, cum aeger in somnis horret, ea totus obducendus est, ut diximus: et caetera, quae admonuimus, facienda: posperumque successum, qui inde futurus est, diuturnum fore sperandum est.

De insolatione. Ex eodem libro. Cap. 9.

Insolationes maxime necessariae sunt iis, qui refectionis et carnis accessionis egent. sol tamen nubilus est vitandus: isque, qui saepe in tranquillis regionibus obscuratur. studendum ergo est, ut hyeme, vere, et autumno intempestivam insolationem vitemus. aestate autem, propter nimium calorem, debilibus cavenda est. soli vero atque igni praeter caetera dorsum admovere conuenit. nerui enim, qui voluntatis sunt, in eo potissimum sunt siti: quibus calescentibus totum corpus valentius redditur. caput vero aliquo operimento contegatur.

47) Sic, uno vocabulo, deleto spiritu leni in secunda syllaba. Malim ergo, ἐν ἐπειγούσῃ. Sed ita requiritur substantivum, veluti, ἀνάγκῃ. Possit vero etiam ex ὁ δὲ νοσῶν, intelligi νόσῳ.

48) Sic, sine accentu, habet Codex. Immo, ἐν ὕπνοις. Mox Codex φρίττοντα, quod correxi. Deinceps ibidem est, ἐγκαταχοννύναι. Mox forte, δὲ κατὰ τὰ λελεγμένα. v. p. 293.

49) Ab ἡλιοῦσθαι. Occurrit etiam ἡλίασις, ab ἡλιάζεσθαι. Geopon. p. 466. ἡλιάσεως est etiam in hoc Codice, in principio, in indicibus capitum. Alio sensu ἡλίασις occurrit apud oratores Graecos. v. Harpocrat. p 82.

50) Vide Galen. in Gloss. p. 72.

51) Ita correxi. ἀκέραιος est *innoxius*. In Codice est: ἀκαιρέου, quod nihili est. Rasarius conjecit, ἀκαίρου.

52) περὶ πυρὸς mox exponit cap. 10.

53) Rufus Ephesius edit. Paris. p. 27. ita: τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου βλαστήματα, νεῦρα αἰσθητικὰ καὶ προαιρετικὰ, δι' ὧν αἴσθησις καὶ προαιρετικὴ κίνησις, καὶ πᾶσα σώματος πρᾶξις συντελεῖται, καὶ τὰ λοιπά Vide etiam Oribas. p. 258. edit. Lugd Batav. 1735. 4.

54) Dicitur ἀλεάζειν et ἀλεαίνειν. v. Galen. in Gloss. p. 60. Aelian. V. H. 9, 30. Posterius saepius etiam habet Philo.

ΚΕΦ. ι.

Περὶ τῆς ἀπὸ πυρὸς καὶ ἀνθράκων ὠφελείας.
Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Τὴν δὲ διὰ τῶν ἀνθράκων πυρίαν παραληπτέον ἐν τοῖς ἀλειπτηρίοις, ἤτοι πρὸς τὰ διὰ τοῦ βαλανείου, ἐπὶ τῶν χρόνιον ἄλγημα ἐχόντων. παροπτάτωσαν τε τὰ μέρη μέχρι τοῦ δυσανασχετεῖν. οἱ δὲ ἄνθρακες ἀπὸ βαλανείων ἔστωσαν, ἢ προαποβρεχέσθωσαν, 55) καὶ αἱ πρὸς τοὺς διαπύρους δὲ τοίχους παροπτήσεις τὴν αὐτὴν ὠφέλειαν ἐπιφέρουσι, καὶ, εἰ μὲν προσηνεῖς εἶεν θερμοὶ, αὐτόθεν 56) τὰ περιοδυνοῦντα παραβαλλέτωσαν· εἰ δὲ ἄγαν εἶεν θερμοὶ, ὠμολίνοις τὰ πεπονθότα σκεπάσαντες, οὕτω τοῖς τοίχοις προσυπούσθωσαν. 57)

De utilitate, quae ex igni et carbonibus affertur. Ex eodem libro. Cap. 10.

Fomentum, quod fit ex carbonibus, adhibendum eſt in balnei loco, qui ungendis hominibus fit dicatus, iis, qui diuturnis doloribus teneantur. partes autem corporis torreantur, donec difficulter ferre queant. Carbones ſunto ex balneis ſumti, aut prius madeſcant. Caeterum torreri ad muros ignitos, eandem affert utilitatem. ſique placide ſint calidi, eis particulae dolentes admoveantur: si nimis calidi ſint, affectae partes crudis lineis pannis ſepientur: atque ita parietibus adhaerebunt.

ΚΕΦ. ια.

Τοῦ αὐτοῦ. Περὶ καύσεως.

Καύσεσι δὲ χρώμεθα, καὶ διὰ καυτηρίων, καὶ διὰ ῥιζῶν, καὶ διὰ φαρμάκων. ἀρίστη δὲ ἡ διὰ τῶν καυτηρίων. εἰ δὲ πρὸς τὴν χειρουργίαν ψοφοδεῶς 58) ἔχουσί τινες, δευτερευέτω ἡ διὰ τῶν φαρμάκων. τὰ δὲ καέντα, ἐπὶ πλείους ἡμέρας ἀκατούλωτα 59) μενέτω.

De aduſtione. Ex eodem. Cap. 11.

Aduſtionibus utimur, tum per cauteria, tum per radices, tum per medicamenta. praeſtantiſſimae ſunt, quae cauteriis adminiſtrantur: si qui ſint, qui chirurgiam reformident. ſecundum locum tenent, quas medicamenta excitant. quae vero per multos dies adurunt, iis cicatrix non obducitor.

ΚΕΦ. ιβ.

Ἐκ τῶν Ἀντύλλου. Περὶ 60) δρώπακος. Ἐκ τοῦ α. λόγου τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων βοηθημάτων.

Δρώπαξ σκευασίαν ὁμοίαν ἔχει 61) μαλαγέντι· χρείαν δὲ καταπλάσματος παρέχεται.

Ex Antyllo. De dropace. Ex primo libro, qui eſt de remediis extrinſecus occurſanticus. Cap. 12.

Dropax. ut malagma, paratur, usumque cataplaſmatis praebet. conuenit is

55) Sic correxi. In Codice prius erat. προσαβρ. Sic. Deinde aeque inepte correctum: προσαποβρ. Προαποβρέχειν habetur in Geopon. p. 1000. Paullo ante forte, παροπτάσθω, nisi iſtud de medicis dicatur.
56) Forte, αὐτόθι.
57) *Applicentur, admoueantur.* Forte ergo paullo ante παραβαλλέσθω, et hic, προσυπούσθω.
58) Codex: ψοφώδεος Sic.
59) Ex οὐλή. κατουλόω et ἐπουλέω habet Erotian. p. 25. Ἀκατούλωτος ergo eſt, ἄνευ οὐλῆς.
60) A principio Codicis, in indice capitum, eſt δρόπακος. Mox hic eſt δρῶπαξ, et ex correct. δρώπαξ. Legitur δρώπαξ et δρόπαξ. v. Galen. de ſanit. tuenda. 6, 8. Rufum Ephes. p. 213. edit. Mosquensis. Paul. Aegin. 7, 19. qui hunc locum fere ad verbum transcripsit. Item Synesius T. I. p 52. bis habet ὁ δρώπαξ. Ex eodem loco obiter noto: εἰληθεροῦν κρανίον, id eſt, ἐν ἡλίῳ θερμαινόμενον.
61) Forte, μαλάγματι. Sic eſt apud Paul. Aegin. l. l.

ἁρμόζει δὲ χρονίοις πάθεσιν, οἷς καὶ σιναπισμὸς, καὶ πρὸ μέλλοντος σιναπισμοῦ παραλαμβανόμενος, εἰς τὸ παρασκευάσαι τὸ σῶμα τῷ νάπυϊ· καὶ μετὰ τὸν σιναπισμὸν, εἰς τὸ ἐκκόψαι τὸ λείψανον τῆς διαθέσεως. δεῖ μὲν τὸν δρώπακα, ὑπὲρ μὲν τοῦ θερμᾶναι περιττότερον, πέριπυρέθρων, 62) κάχρυ τὲ καὶ ἄσφαλτον· εἰ δὲ ξηρᾶναι δέοι, θεῖον ἄπυρον, ἅλας, τέφραν 63) κληματίνην· εἰ δὲ ἀμύξαι, λιμνήσιον, 64) εὐφόρβιον. δεῖ δὲ καταχρίειν θερμόν τε, καὶ πάχος ἔχοντα, κατὰ λόγον τῆς δυνάμεως τοῦ κάμνοντος, προεξυρισμένων 65) τῶν πολυτρίχων μερῶν, ἐπὶ τῶν ἀσθενεστέρων· ἐπὶ δὲ τῶν ἰσχυρῶν, καὶ δραστικωτέρου δεομένων τοῦ δρώπακος, ἄνευ προξυρίσεως, εἰ μὴ ἄρα τὰ κατὰ κεφαλὴν ἢ γενείων. εἶτα περὶ τὴν ἥβην καταπλάσσομεν.

